

Biblioteca  
ASTRA, Sibiu

P.C.N.

92

05

T1-230

Petri Vintze  
Regestratoris.

2444

J

Zur 1  
- pellam L. Auctal  
Collegimur

S  
A  
D  
M  
P  
H  
W.

REVERENDI PATRIS  
**JOAN. FRANCHINI**  
DE MUTINA,

Ordinis Minorum Seraphici  
Patris S. FRANCISCI  
CONVENTUALIUM

OLIM

PROCURATORIS GENERALIS,

D E

# ANTIQUORITATE FRANCISCANA

*Conventualibus adjudicata*

# APOLOGEMA

*Denuò recusum.*

ET IN V. CONVENTU CLAUDIOPOLITANO  
AD SS. PETRUM, & PAULUM APOSTOLOS,

*Munificentia Cujusdam Domini  
Patroni, & Mecenatis Gratiissimi, Seraphico  
Ordini Nostro singulariter  
addicti.*

*V. Cont.*

*AUDITORIBUS OBLATUM.*

*41*




Claudiopoli, Typis Academ. S.J. An. 1753.

*2485*

D U M  
UNIVERSAM PHILOSOPHIAM,  
*Ad mentem Doctoris Subtilis*  
JOANNIS DUNS-SCOTI  
MINORITÆ CONVENTUALIS,  
*Publicè propugnaret*  
Venerabilis, ac Religiosus Frater  
BARTHOLOMÆUS TÓRÓK Ordin.  
Min. S.P. FRANCISCI Conventualium  
Philosophiæ Auditor absolutus.  
P R A E S I D E  
R. P. NICOLAO TÓRÓK  
Eiusdem S. Ordinis AA. LL. & Philoso-  
phiæ Professore emerito.

ANNO M.DCC.LIII. MENSE JULIO, DIE



# THESES EX UNIVERSA PHILOSOPHIA.

- I. Logica est scientia de Sylogismo. 2. Simpliciter speculativa. 3. Ad aquitendas methodice alias scientias moraliter necessaria, iisque velut organum praemittenda. 4. In qua habitâ præceptorum, & materiæ nostrâ plenâ, nulla datur difficultas exequendi præcepta. 5. Mens Logicalibus instructa regulis aptissimum dijudicandæ veritatis est Cyterium. 6. Quare sensus à legitimo veritatis Criterio removemus. 7. Generalem verò Cartesii dubitationem fictas inter fabulas reputamus. 8. Faber Chymiarum solus est intellectus creatus. 9. Distinctiōnem formalem ex natura rei SCOTISTICAM ratio ipsa probat naturalis. 10. Cui sociam adjungimus præcisiōnem objectivam. 11. Dantur naturæ Metaphysicè universales à parte rei. 12. Sicut & relationes reales extremis superadditæ. 13. Eadem propositio contingens de vera infalsam, & e contra transire potest. 14. Scientiæ verò ea inest vis, ut si quam in mente opinionis formidinem, aut fideli obscuritatem offenderit, penitus propulset. 15. Corporis naturalis, de quo agit Physica, duo habentur principia in factō esse: materia scilicet, & forma. 16. Circa quarum notiones varia extant Philosophorum placita, sed nos Peripateticum amplectimur Systema. 17. Ac proinde formas materiales de potentia materiæ educi censemus. 18. Ita, ut illas successivè, imò etiam (si Deo placet) conjunctim in se foscipere valeat. 19. Non tamen æqualiter in quilibet earum cæco quodam appetitu sic rapitur, quasi verò Nobilioribus præ Ignobilibus pretium ponere non sciret. 20. Totum substantiale compositum, à materia, & forma unitis realiter distinguit SUBTILIS DOCTOR, cui lubenter subscribimus. 21. Chrysopœam theoricè defendimus, in praxi Chymieorum dexteritati committimus. 22. Infinitum creatum Cathegoreticū implicat. 23. Secùs ens permanens ab æterno. 24. Compositionem continui fatemur explicatu difficultem, quæ tamen per divisibilitatem partium in infinitum, utcunque salvatur. 25. Ad locandum requiritur immobilitas. 26. Datur æther corpora etiam duissima permeans. 27. Nulla igitur est necessitas vacui Coacervati, aut disseminati etiam ad salvandam condensationem, & rarefactionem. 28. Quæ nihil aliud præfert, nisi majorem, vel minorem extensionem localem. 29. Causa

CON-

continuati motus projectorum non ab aëris recursu, aut  
eiusdem elaterio. 30. Verum ab impetu impresso est auspi-  
canda. 31. Vis autem elasticæ à natura intrinseca corporū  
elasticorū. 32. Motus horroris vacui, & mirabiles illi effe-  
ctus, qui in Machina pœumatica ope Antliae exhibentur,  
verius adscribuntur aëris ponderi, vel elaterio, aut utriusque.  
33. Elementa manent virtualiter in mixtis. 34. Et gravitatis  
in locis etiam propriis, quod ex hydrostaticæ fundamentis  
luculenter ostendi potest. 35. Tria sunt insigniora Cœlo-  
rum Systemata: Ptolomæi, Tychoonis, & Copernici. Quodnā  
ex his præferendum, & ad explicanda pœnomena sit ma-  
gis idoneum? decidant Astronomi. 36. Nos tres Cœlos tota-  
les: Planeticum, Stelliferum, & Empyreum juxta D. Pau-  
lum 2. Cor. 12. sufficere arbitramur. 37. Plantæ nascuntur  
ex semine. 38. Bruta non sunt mera authomata. 39. Orga-  
num tactus sunt papillæ nervæ per totum corpus diffu-  
se. 40. Motus aëris per quem sonus propagatur non est su-  
dulationis, sed tremor, aut fremitus quidam. 41. Sanguis  
non informatur ab anima. 42. Dantur species sensibiles ad  
sensationem requisitæ. 43. Oculus nec per Deum potest  
videre corpus absens. 44. Bene verò indivisibiliter existens.  
45. Affectiones sensibiles non sunt meræ animæ perceptio-  
nes, aut idææ. 46. Sed præseferunt quidpiam reale. 47.  
Anima hominis vi suæ naturæ ita subsistit, ut corpore de-  
tructo perseveret. 48. Adeoque non solum favore Dei, sed  
etiam natura suâ est immortalis. 49. Duos in illa admitti-  
mus intellectus, agentem nimirum, & patientem. 50. A-  
gens per conversionem ad phantasmata species intelligi-  
biles cudit, & patienti intellectui imprimit. 51. Qui subin-  
de producit Verbum seu intellectionem. 52. Quæ non in  
productione, aut receptione, sed in operatione vitali for-  
maliter consistit. 53. Ad cognitionem abstractivam semper  
requiritur species impressa. 54. Nunquam ad intuitivam.  
55. Ontologia prima Metaphysicæ pars agit de ente, & il-  
lius attributis generatim. 56. Pneumotologia de entibus  
spiritualibus speciatim. 57. Conceptus entis ut sic perfec-  
tè præscindit ab inferioribus. 58. Possibilitas Logica re-  
rum intrinsecè quidem à seipsis, extrinsecè tamen à co-  
gnitione Dei est desumenda. 59. Possibilitas verò Physica  
ab omnipotentia Divina. 60. Subsistentia creata consistit  
in hoc, quod natura substantialis non communicetur  
supposito Dei. Cuius HONOR, & GLORIA.

**E**go infra scriptus secundum Opuscu-  
lum Adm. R. P. Mag. Joannis Fran-  
chini de Mutina nostri Ordinis Procu-  
rat. Generalis, cuius titulus est: *De An-  
tiquioritate Franciscana Conventualibus adju-  
dicata, Apologema;* iussu Reverendiss. Pa-  
tris Ministri Generalis, diligenter &  
accuratè per legi, in quo cum nihil con-  
tra fidem, nec contra bonos mores a-  
gnoverim, ipsum censeo publici juris  
fieri posse per Typographos. Dat. Ro-  
mae 3. nonas Dec. 1682.

*Fr. Bonifacius Augustini de Monte Ulmi  
Examini. Episcop. ac Colligis D. Bonaventuræ  
de Urbe Regens, & Rect.*

**F**R. JOSEPH AMATUS A MASSA-  
PHRA Art. & S. Theol. Mag. & Ord.  
Min. Convent. Min. Gen.

**S**ecundum Opusculum P. Mag. Joan-  
nis Franchini de Mutina nostri Or-  
dinis Procuratoris Generalis, inscri-  
ptum: *De Antiquioritate Franciscana, Con-  
ventualibus adjudicata,* à duobus nostri  
Ordinis Theologis, quibus id commi-  
simus, revisum, nullaque dignum a-  
nimadversione repertum, concedimus  
posse typis dari, quantum in nobis est,  
& si ita placuerit ius, ad quos spectat.  
In quo:

In quorum fidem &c. Dat. Romæ apud  
SS. Apostolorum idibus Dec. 1682.

Fr. Joseph Amato de Massaphra Min. Gen.  
Fr. Berardus Berardi Secret. Ord. & Assistens.

Illustriſſ. & Reverendiss. Domine.

O Pusculum de antiquioritate Fran-  
ciscana à Fr. Joanne Franchino  
de Mutina Procuratore Ordinis Mino-  
rum Conventualium Romæ commo-  
rante, compositum, supplex ipse Au-  
thor precatur, posse typis dare alibi  
quam Romæ, extra Urbem scilicet im-  
primendo cum dispensatione, & facul-  
tate quam consequatur &c.

Essendo stato riveduto, & approvato in Ro-  
ma, si potrà concedere, se così stimerà bene il P.  
Reverendiss. Maestro del S. Palazzo Apostol.

I. de Angelis Archiep. Vrb. Viceger.

Imprimatur,

Fr. Joseph Clarionus Ord. Præd. Revmī.  
P. Magistri Sacri Apostolici Palatii Socius.

Imprimatur, si videbitur,

Pro Illustriſſ. & Reverendiss. D. Ste-  
phano Ricciardo Epif. Sutrino, &  
Nepesino, Dominicus Perleonus Ca-  
nonicus, & Vicarius Foraneus.

Imprimatur Ronciloni,

Fr. Bartholomæus Antonellus Mag. Ord.  
, Carm. & Reverendiss. P. Magistri S.  
Apostol. Palatii Vicarius.

DE

# ANTIQUIORITATE

## FRANCISCANA.

### SUMMARIUM.

1. Occasio Apologematis.
2. Antiquioritas Fanciscana quomodo Patribus de Observantia afferatur.
3. Ipsorum rationes afferuntur.
4. Conventualibus quare, & ex quo capitibus conveniat,
5. Per quæ dividitur Apologema.

**S**CRIBENDI hæc mihi causa Apuliz, quam Dauniam veterum antiquiores vocitabant, ( nunc Principatus, & Comitatus Provincias Regni Neapolitani indigenæ appellant ) Civitas Episcopalis Isernia, Cœnobium habet Minorum Conventualium fundatum anno 1259. & aliud Minorum Observantiaz ab anno 1506. agiturquè inter hos Conventus de præcedentia in aëtibus publicis, ab anno 1662. quo caput hoc controverti.

2. Hac occasione Assessori iurium Patrum de Observantia, ut ex antiquioritate ipsorum dignioritatem, & consequenter jus præcedendi deducat, licet per nudam assertionem, absque justificationibus enunciet, fideenter tamen pronunciat, 3. quod Ordo PP. Observantorum sit institutus, atque confirmatus priusquam Ordo Conventualium, quia ille suam originem deducit à primæva Seraphicæ paupertatis institutione, nempe ab anno 1221. iste verò ineoperit anno 1517. quo facta est divisio Ordinis ex Constitutione Leonis X. Nec posse Conventuales dici antiquiores in loco, quia licet Conventum habuerint Isernia ab anno 1259. Patres verò Observantini anno 1506. tamen quia à primæva institutione Ordinis non erat Religio Conventualium in rerum natura, sed sumpit initium ab anno 1517. ut liquet ex Bulla Leonis X. non potest pro Conventualibus stare anterioritas temporis; nam antea tota Seraphica Religio unum tantum corpus constituebat, communemque vitam agebat, unicæ forma habitus, sub unica Cruce, sub unico Generali; at quia aliis deflectentibus à rigore paupertatis, aliis verò nequaquam nos conveniebant, anno 1517. deventum suis

fuit ad divisionem Ordinis , cum assignatione nominis Conventualium , firmo remanente Observantibus cum titulo Ministri Generalis totius Ordinis , ac sigillo Religionis , in signum majoritatis , & antiquioritatis originis ; ideoque Conventuales debere locum digniorem , ac praecedentiam antiquioritati prefatæ Observantinorum.

Et quia aliæ vel talia , vel similia à quibusdam ( etiam Scriptoribus ) licet non tam aperte , enunciata fuerunt , & Nostrates tam manifestæ veritatis impugnationem parvipendentes , despectu , vires vel addire , vel non minuere ; ex debito , & Officii , & filialis obligacionis , pro Religione , cuius ( quamquam immeritus ) sum , & Procurator , & filius , Provinciam licet duram suscipio , cum durissimum sit prima principia probare ; quod tamen pro virium tenuitate aggrediar , 4. Probans antiquoritatem Franciscanam stare pro Minoribus Conventualibus , qui nedum fuerint ante annum 1517. sed & ante annum 1220. Observantinis postea supervenientibus post annum 1350. quod hoc ordine præstabo .

5. Primo leviter exáminando quasdam

dam clausulas allegationis adductæ.

Secundo probando antiquoritatem Conventualium per Scriptores alienos, & Concilia.

Tertio eamdem asserendo ex confes-  
sione Scriptorum Observantinorum.

Quarto id totum firmando per Sum-  
mos Pontifices, ipsorumque Constitu-  
tiones.

Quinto adducendo rationes positivas  
pro Conventualibus.

Sexto pluribus sectionibus præcluden-  
do effugia, quibus elusio tam claræ ve-  
ritatis posset tentari. Sit igitur.



## SECTIO PRIMA.

Levi examine perpenduntur quædam  
clausulæ aduersantes.

## SUMMARIUM.

1. Ostenditur primam rationem pro Observantinis non probare.
2. Secundam fallacie labi inficere argumentum.
3. Tertiam assertum non posse probare.
4. Quartam mendosè putari scriptam, ne dicatur oppositum probare.
5. Quintam contradictione vitiari.
6. Sextam ex repugnantia terminis.
7. Septimam involvere contradictionem.
8. Octavam Conventualium existentiam approbare, non reprobare.
9. Nonam deficere in fundamento, cum Bulla non habeat id, quod asseritur.
10. Sigilla Ordinis Minorum nunquam traxita P. Generali de Observantia.
11. Qui nec ullam unquam jurisdictionem exercuit in Conventuales.

S E C T I O I.

1. PRIMA igitur clausula PP. Observantinos institutos, & confirmatos asserit ( sed non justificat ) ante Conventuales ; sed non dicit quo anno instituti , quo confirmati , à quo Pontifice , ut opus esset , & uti dicam ego inferius ; ipse verò non dicit , quia ante illum annum , per plura sæcula teneretur fateri extitisse Conventuales .

2. Alia causa deviat à Chronologica temporis assignatione per confusionem abstracti cum concreto , effugitque à causa efficienti ad finalem , dicens , quod originem deducunt à primæva Seraphicæ paupertatis institutione , nempe ab anno 1221. Fatebor paupertatem Franciscanam tunc incepisse , sed non quaerimus de paupertate , quaerimus de pauperibus , scilicet de iis habentibus pro instituto arctiore paupertatem quam Conventuales , an inceperint ante , vel post Conventuales , & an illa paupertatis sit causa finalis , vel originalis . Hæc duo non sunt confundenda , sed dilucidè , & sejunctim pertractanda .

3. Tertia clausula , quod Conventuales inceperint anno 1517. gratis adducitur , cùm non adducantur verba Bullæ

## SECTIO I.

7

Bullæ instituentis hunc Ordinem Conventualium; & certè non possunt adduci, quia illa Bulla numquam quidale, immo nec quid simile habuit.

4. Quarta clausula est non posse Conventuales dici antiquiores Iserniæ, licet habuerint Conventum ab anno 1259. scilicet annis 247. ante PP. Observantinos, quorum Conventus fuit ibidem fundatus anno 1506. In hac suspicor mendum Amanuensis, qui transcribendo erraverit, cum duo sœcula anterioritatis in loco, certissimè sufficient ad statuendam antiquitatem in Civitate Iserniæ pro Conventualibus.

5. Quinta clausula non supplet, dico, quod anno 1259. non erat Religio Conventualium in rerum natura, quia qui non est, non habet, si habere sequitur ad esse: Conventuales, qui conceduntur habuisse anno 1259. debent concedi fuisse anno 1259. Vel ænigma, vel contradic<sup>tio</sup>.

6. Sexta clausula, quod antea tota Seraphica Religio unum tantum corpus constituebat, sine diversitate habitus, crucis, Generalis &c. aperte pugnat cum clausulis præcedentibus, quia hæc

totá Religio , si est aliquod totum , ha-  
bet partes , nec soli Observantini po-  
terant esse illa tota Religio , aliás fui-  
set unica pars , à qua non est totalitas ,  
sed simplicitas rei ; unde si pro parti-  
bus illius totius existentis ante Leonem  
X. enumerandi sint saltem duo Ordin-  
nes , vel Ordo , & Congregatio , num-  
quam excludentur Conventuales ab hac  
saltēm ratione partis , & consequenter  
hæc pars ( scilicet Conventuales ) quæ  
fuit quando erat illud totum præexistens  
Leoni X. non potuit incipere esse sub  
Leone X.

7. Septima quoque clausula eodem  
pede claudicat ; si enim ante Leonem  
X. alii deflexerunt à rigore paupertatis ,  
alii verò nequaquam , jam habemus ,  
quod ante Leonem X. existebant Con-  
ventuales deflectentes à rigore pauper-  
tatis , qui idcirco nequibunt dici ince-  
pisse sub Leone X.

8. Octava clausula in idem labitur ,  
quia si anno 1517. deventum fuit ad  
divisionem Ordinis , divisio separavit  
præexistentes , nempe Conventuales , &  
Observantinos , quos ambos necesse est  
præexistisse divisioni , aliás divisio , quæ  
secun-

S E C T I O . I.

9.

secundùm Aristotelem , & veritatem debet esse saltem bimembris , nî præextitissent , & Conventuases , & Observantini , non fuisset divisio. Quo & ulterius concludetur , quod si ante Leonem X. erat unus Ordo , & à Leone dividente cæperunt esse duo Ordines , ratione divisionis probabitur contemporaneitas , non antiquioritas , & sic ratio non concludet , nec afficiet Conventuales.

9. Nona clausula cum assignatione nominis Conventionalium , afferit factam divisionem , & laborat morbo tertiaz , non dans verba illa imponentia tale nomen , quod præstare debuisset , ut justificatè probaret , sed non præstitit , quia gratis afferuit impositum à Leone X. nomen , quod obtinueramus ab Innocentio IV. anno 1250. ut infra ego fusius ostendam.

10. Ampullofitati sequentium non respondeo , quia sunt extra aleam causæ , iisque satis dedit Gabriel Faber Parisiensis , tunc Procurator Ordinis demonstrans , nec sigilla Religionis unquam fuisse data Observantinis à Conventualibus , quod & liquet ex numquam ju-

stificato ipsorum asserto , & ex ipso sigillo Generalis Observantini , cuius marginibus inscribuntur hæc verba , *Sigillum Ministri Generalis totius Ordinis Minorum* , quibus verbis non erat , cur uerentur nostri Generales ante Leonem X. cum tunc esset unicus Ordo , nec ulla esset quæstio de jurisdictione , quo ad subjectionem , ideoque sigillo Ministeriorum non insculpebantur illa verba , nec unquam transiit sigillum ab Ordine ad Ordinem , ut patet ex antiquissimis sigillationibus factis ante Leonem X. à nostris Generalibus , in quibus etdem effigies sunt , quæ in nostro actuali sigillo cernuntur ; II. nec Generalis Observantinus ullam unquam exercuit jurisdictionem in minimum Laticulum Conventualem , vel Capuccinum , vel Tertii Ordinis Italici , unde totus Ordo Franciscanus ipsi non subest , sed soli Observantini subsunt Generali Observantino , cuius totalitas est mera titularitas . Ex quibus , aliisque disertè adductis à Fabro prædicto in suo Speculo Status Religionis Franciscanae Conventionalium patet Bullas Leonis X. nec esse in usu , nec unquam fuisse , in iis ,  
datas .

## S E C T I O . I.

II

datas executioni , tempusque jam esse  
ipsas non amplius recantandi.

Hæc autem placuit attingere , ut e-  
verso Partis fundamento , nostris feli-  
cior detur manus , hisque præmissis ,  
quæ deductivæ , & ad hominem , ut  
ajunt Dialectici , non verò assertivæ  
sunt proleta , ad positiva , eaque justi-  
fificantissima fundamenta progrediamur.

## S E C T I O S E C U N D A.

Antiquioritas asseritur Conventualibus à  
Scriptoribus externis.

## S U M M A R I U M.

1. Statuitur ratio computandi annos Ordinis.
2. Eminentiss. de Luca antiquitatem pra-  
Conventualibus statuit.
3. Moriggia , Religionum originis Scriptor  
Conventuales omnibus Branciforeanis fa-  
tetur antiquiores.
4. Marullus originem Observantia posterior-  
rem Minoribus narrat.
5. Ricciolius itidem ,
6. Imò Et Laertius Cherubinus .

7. Cum Thoma la Grue ,
8. Hieronymo Sorbo ,
9. Raphaele Volaterrano ,
10. Spondano ,
11. Francisco Longo à Corriolano.
12. Ex Concilio Constantiensi quando incep-  
rint PP. Observantini :
13. Et concordat Concilium Basileense ,
14. Conventuales appellantur communitas Or-  
dinis in Constantiensi ,
15. Unde antiquioritas Conventualium elu-  
cescit.

1. **H**os sine ulla animi affectione can-  
didè locutos non ambigo , cùm  
neutrius Ordinis essent , unde sine la-  
be , vel suspicione passionis humanæ  
audientur. Quia tamen initium Ordi-  
nis Minorum alii à primo recessu S.  
Francisci , alii ab adjunctione Socio-  
rum , alii à confirmatione regulæ , vel  
prima , vel secunda computant , hic  
pro nunc supponemus ante annum 1220  
incepisse Ordinem Minorum , non cu-  
rantes de Scriptorum discrepantiis circa  
tempora illa ante 1220. sed procedentes  
ad ea , quæ ad nostrum punctum colli-  
mant.

2. Primo igitur loco Eminentiss. S. R. E. Cardinalis Joannes Baptista de Luca, qui tot vocibus, quot volumina dedit, fœcundissimi, & sapientissimi ingenii fœtus, conclamat Orbis Magister, in suo libro, cui titulus, *Il Religioso prattico*, cap. 33. num. 2. de fundatione, & nomenclatura, hæc docet: Fù istituito quest' Ordine in alcune grotticelle lontane dalla Città d' Assisi sua patria, in unluogo chiamato Riuo torto; & de nomine Conventualium num. 5. subdit: Fù fondata la Chiesa dedicata al nome dell' istesso Santo Patriarcha, con un Conuento conspicuo, il quale hoggi per antonomasia, per esser il primo Conuento, che si fondasse in questa Religione; si chiama il Sagro Convento. Quindi segue, che à differenza di quei Religiosi, li quali tuttavia in quei principij continuano à viuere nelle cappane, e nelle grotte, secondo il primiero istituto Anacoretico, secondo un'opinione, cominciassero à dirsi Conventuali; ò pure secondo un'altra opinione, che ciò seguisse, per denotare l' unità, e comunità della vita. In quei primi tempi Innocenzo IV. con un suo Decreto, dichiarò, che potessero lecitamente adoprar questo nome, ò vocabolo di Conventuali; loquens

verò de Ordinis divisione sub Leone X. anno 1517. ibidem num. 11. subjunxit: All' incontro alli altri dell' istituto capaci di beni, e dell' entrate, rimase il sudetto antico nome di Conventuali, con il proprio Generale; unde ex sententia Eminentissimi hujus ingenii gens Conventualis non est nova Mundo, nec novum nomen, seu institutum à Leone X. suscepit, sed retinuit l' antico nome di Conventuali.

3. Secundo loco do Paulum Moriggiam Mediolanensem ex Ordine Jesuitorum, qui libro de origine Religio-  
num, cap. 73. tit. Gl' Ordini, che sotto S. Francesco militano, ipsos recensendo, dat  
hæc præcisissima verba: L' Ordine de  
Francescani Conventuali, quali furono i pri-  
mi, che seguirono il Padre S. Francesco,  
ebbe principio l' anno della commune salute  
1212. L' Ordine de Zoccolanti ebbe prin-  
cipio da S. Bernardino l' anno della commu-  
ne salute 1412. In hoc igitur tribunal  
lata sententia Moriggiana pro Conven-  
tualibus, ipsis adjudicatur antiquioritas  
annorum ducentorum.

4. Abbas Sylvester Marulus, seu Mau-  
rolicus Meisanensis in suo opere, cui  
titulus

titulus Oceanus Religionum libro 5. tit. de Capuccinis , dicit : Da questo Era Paoluccio hebbe principio la Riforma de Frati dell' Osseruanza ; & loquens de Minoribus , in suo tit. ait : Fra Paolo de Trincis nell' anno 1368. nella Provincia di S. Francesco , nel qual tempo cominciò à fiorir l'Osseruanza ; ex quo habetur antiquioritas Minorum Conventualium per annos saltem 160. secundum computum Marulo.

5. P. Ricciolius Ferrarensis Scriptor insignis è Societate Jesu in sua Chronologia reformata to. 3. par. 3. catalog. 6. de fundationibus Ordinum Militarium , & Claustralium , ità scripsit : Franciscorum Conventualium Ordo à Sancto Francisco Assisinate institutus anno 1207. vel ut habet Genebrardus 1209. confirmatus est anno 1212. ab Innocentio III. & ab Honorio III. anno 1223. & procedendo ordine temporum , deveniens ad suum annum , ait : Minorum Observantiae Ordo , dictus Lignipedum , seu Soccolantium , institutus à S. Bernardino Senensi circa annum 1500. reformato Ordinem S. Francisci , unde juxta calculum P. Ricciolii præcessimus annis 193.

6. Laerius Cherubinus Collector , &  
Sum-

Summator Bullarii magni to. I. pag. mihi 46. summando Bullam quintam Honorii III. incip. Solet annuere  $\mathcal{E}c.$  Dat. Laterani 3. Kal. Decemb. Pontif. anno octavo, in Bullario, qui fuit annus 1224. loquitur his verbis, *Primus Ordo est horum Fratrum Minorum, qui hujus Regulae stricta observantia, omnijs, vixerunt juxta privilegia obtenta à Sede Apostolica, Et nomen Conventualium sortiti tempore Innocentij IV.* Item in Constitut. 5. Alexandri IV. *Ex parte vestra  $\mathcal{E}c.$  Dat. Later. anno primo, qui fuit 1254. sic summat, Quod Fratres Minores Conventuales Ordinis S. Francisci ad Episcopatus, & alias Dignitates promoti  $\mathcal{E}c.$  to. I. Bullarii pag. mibi 83. Minorésque antiquissimos semper Minores Conventuales nominat, ut patet, & ex duabus citatis, & ad Constitut. 4. Gregorii XI. de Protectore, & ad Constitut. 13. Martini V. declaratoriam Regulæ; & ad Constitut. 6. Sixti IV. &c. neque contemnendæ auctoritatis est tantus humo, Jurista, Scriptorique præclarí nominis.*

7. Thomas la Gue traductor Alexandri Ross. lib. *De Religionibus Mundi divis.* 10. de Franciscanis ait: Con-

ventna-

ventuales, & Observants, ceux que manioient point d'argent, ne mangeoient point de chair, & ne portoient de jouliers: ils s'augmenterent extremement dans toutes les contrées, principalement en Italie: ils furent confirmez par le Concilie de Costance, e divers Papes: unde est hic, qui inter numeros Auctores scripsit anno 1669, de scriptis Observantinis, ipsorum originem deducit ad Concilium pro anno 1414, ante quem nos eramus per annos etiam ducentos, & ultra.

8. P. Hieronymus à Sorbo Capuccinus compend. privileg. in addit. initialib. ait: *Reformatio Fratrum de Observantia exiit à Fratribus Conventualibus, & ræpit ab anno circiter 1414. juxta Concil. Constantiensis Decretum; sed ei formam, & ordinem dedit postmodum B. Bernardinus de Senis sub Eugenio IV. Summo Pontifice anno Domini circiter 1430.*

9. Raphael Volaterranus Commentar. Urban. Anthropologiæ lib. 21. tit. *Franciscus, ejusque Eccl. ita scribit: Bernardinus Senensis à Nicolaõ V. in catalogum relatus. Is collapsum Ordinem in frugalitatem, observantiāmque reduxit; & consolat cæteris, qui ad sæculum Christi quar-*

quartumdecimum, quo floruit S. Bernardinus, reducunt Observantiaz, vel initium, vel majorem propagationem.

10. Spondanus Annalista Ecclesiasticus, eumdem ortum tradidit sub temporibus S. Bernardini, nam anno 1419. num. 5. sic ait: *Hic autem est S. Bernardino, qui Monasteria Fratrum Minorum, quos ab antiqua S. Francisci severitate sensim recessisse videbat, ad veterem disciplinam revocandam adduxit, unde divisio facta dicitur Conventualium, & Observantiorum, qui Bernardini reformationis uiderunt.*

11. P. Franciscus Longus à Coriolano Capuccinus in suo Breviario Chronologico Pontif. & Conciliorum sub anno 1414. ait, *Hoc anno initium habuit Reformatio Fratrum de Observantia: sed ei formam, & ordinem dedit postmodum B. Bernardinus de Senis sub Eugenio IV. 1430.*

12. Concilium Constantiense, à quo primo subtracti Observantini aliqui in ultramontanis regionibus à Conventualium aliquali obedientia à præcitatissimis Auctoribus nec hilum distat in temporis supputatione, nam apud Labe to. 12. Consil. sess. 19. per Decretum datum Constantiaz

stantiæ Kal. Octobris 1414. incip. Sa-  
cerdos sancta Constantien. Synodus, dilictis Ec-  
clesiae filiis Generali, & Provincialibus &c.  
circa, vel paulò post initium habet hæc  
verba, *His temporibus novissimis regularis  
Observantia vestri jam dicti Ordinis in pra-  
fatis Conventualibus incepereat vigere. Quæ  
igitur observantia circa tempus Concili-  
um hujus incepereat vigere, per Concili-  
um declaratur, non antiqua, sed re-  
tens pauculorum Conventuum Congre-  
gatio, quorum aliquos ipsum Concili-  
um enumerat in Decreto, quæ non ha-  
buit ex hoc, unde de antiquitate com-  
peteret cum antiqua Religione Minor-  
um, quæ jam à duabus saeculis fuerat  
fundata.*

13. Concilium Basileense sub iisdem  
terminis loquitur de Observantinib,  
cum in suo Decreto sub datum 6. no-  
nas Octobris 1435. confirmandp De-  
cretum Constantiense, dicat, *Nobis pe-  
titio exhibita continebat, quod olim pro par-  
te Guardianorum, & Fratrum Conventu-  
um de S. Andomaro &c. Sacra Constantiens  
Synodo exposito, quod Divina cooperante  
clementia, temporibus illis, ut dicebant, re-  
gularis Observantia dicti Ordinis in praefatis  
Conven-*

*Conventualibus incepérat vigere. Igitur Observantia temporibus illis Concilii Constantien. scilicet anno 1414. ut dicebant, per propriam veri confessionem ipsimē Observantini exponentes, tunc solum incepérat vigere; unde ante annum 1414. vel erat Observantia, quod erit contra Concilium; vel non erat, & sic tunc incipiens, est recentior, non antiquior Minōribus Conventualibus per Observantiam reformatis. Hoc Decretum Basileense prostat in libro, cui titulus *Monumenta Ordinis Minorum*, Salmantinæ impressionis anno 1511. impensis Joannis de Porras ad petitionem PP. de Observantia, in quo registratur ex autentico processu primo tract. pagina 123.*

14. Sed lubet adhuc aliam periodum citati Decreti Constantiensis animadversioni subjicere. Multa statuuntur in ipso circa gubernium, & itinerantibus praesigitur hæc regulæ: Statuimus, quod quando hujusmodi Observantes peregrinationis studio, vel alias per Mundum proficiuntur, ad loca, & Conventus communizatis Ordinis declinent, si voluerint; ad alias vero loca Fratrum in Observantia sibi similium

miliū semper declinare teneantur. Non est autem cur disputemus, quānam esset hæc Religio, quæ anno 1414. vocabatur *communitas Ordinis*, cum tunc ex Franciscanis ultra Observantinos soli essent Minores sub suo Ministro Generali, & consequenter communitas Ordinis nihil aliud erat, 15. quam Ordo ille Minorum, qui Vicarios non petebat à Concilio, sed remanebat sub suis Ministris: Atqui hic Ordo remanens sub Ministris, & appellatus *communitas Ordinis*, permanit sub iisdem Ministris usque ad annum 1517. & adhuc permanet, & in Bullis Leonis X. datis anno 1517. hic idem Ordo à Leone vocatur *Ordo Minorum Conventualium*, ergo non potest vocari in controversiam, an Conventuales Leonis sint illi Minores Concilii Constantiensis, & quia Minores Concilii Constantiensis nec incepérunt sub Leone, nec sunt posteriores Observantinis, qui tunc cæperunt separari à communitate Ordinis, ideo neque Conventuales vel cæperunt sub Leone, vel sunt posteriores Observantinis. Ut autem hæc ratio vivacius afficiat, seu percipiatur, liceat ipsam traducere ad for-

mam dialecticam , ita syllogizando : Pro communitate Ordinis stat antiquioritas Franciscana , sed Conventuales sunt communitas Ordinis , ergo pro Conventualibus stat antiquioritas Franciscana . Minoris do probationem : Illa Religio , quæ erat sub Ministris tempore Concilii Constantiensis est communitas Ordinis , sed illa Religio , quæ tunc erat , & nunc est sub Ministris , est Religio Conventionalis , ut patet per dictas Bullas Leonis X. ergo Religio Conventionalis est Communitas Ordinis. Meæ quidem obtusitati non est facillimæ enodationis hæc urgens ratio , deducta à Concilio Constantensi , cum sit omnino sophistica , desitio Minorum per Bullas Leonis , quæ hic probabitur esse cavillus , ac anilis fabella.

## S E C T I O T E R T I A.

**Antiquioritas Conventionalium comprobatur confessione , & consensu Scriptorum ex Ordine Observantiorum.**

**S U M M A R I U M.**

I. *Scriptores Observantinos stetisse pro antiquitate Conventionalium :*

II. *Quo-*

2. Quorum primus P. Emmanuel Rodericus ita senserit.
3. Consenserit P. Ludovitus Miranda,
4. Et P. Marcus Vlippionensis in Chronicis,
5. Imò & P. Franciscus Gonzaga Ex-Generalis,
6. Cum P. Henrico Sedulio,
7. Et B. Joanne Capistranensi,
8. Ac P. Arturo Monasteriensi,
9. P. Petro de Aula, & Astorga,
10. P. Haroldo Compilatore Uvadingi,
11. Et Auctore Orbis Seraphici.

1. Antiquiores Observantinos, seriosque ex ipsis Scriptores, ab hujus veritatis confessione non abhorruisse, patebit, ipsorum dicta recensendo. Nostro etenim solo hoc saeculo cæptus est audiri qui missit et in oppositum, clanculum equidem, & vel subobscurè, vel amphibologice à principio; jam autem sensim invalescendo, aperte, ac in præpatulo, & in supremis tribunali-bus, ut nemine reclamante repetita, vel locum inter vera occupasse, vel sibi jus ad repetitionem præscripsisse vide rentur contra conscientiam veri.

2. Aderit igitur primus P. Emmanuel

Rodericus ab Observantia quæst Regular.  
 Et Canonic. to. I. quæst. 2. art. 3. dicens :  
 Reformatio Fratrum de Observantia exiit à  
 Fratribus Conventualibus , Et cœpit anno  
 Domini circiter 1414. juxta Concilii Con-  
 stantiensis Decretum : sed Et formam , Et  
 ordinem dedit postmodum Bernardinus de  
 Senis , vir egregia sanctitatis , Et gratiæ :  
 Et fervoris. En igitur quam apertè de-  
 claretur à P. Observantino , quod Reli-  
 gio , quæ est Matrix , Mater , fons ,  
 & scaturigo Minorum appellatur Religio  
 Conventualium , Et Reformatio Fratrum de  
 Observantia exiit à Fratribus Conventuali-  
 bus , utpote filialis Religio à sua Matre ,  
 quæ certè cum sit Mater , nequibit non  
 esse antiquior filia. Scribebat Rodericus  
 tempore Sixti V.

3. P. Ludovicus Miranda itidem Ob-  
 servantinus in suo Manuali Prælatorum  
 Regulacium quæst. 12. artic. 2. concl. 3.  
 ait , Cum nostri Sacri Ordinis Fratres à  
 sua professione , Et stricta nostræ regulæ pu-  
 ritate , sed maximè quoad strictæ paupertati-  
 tis observantiam , utcumque cœpissent desicere  
 ab anno 1226. usque ad annum 1380. in-  
 industria cuiusdam Fratris Laici , Paulus de  
 Trincis nuncupati , Ordo , Et Religio nostra  
 divey-

diversis in locis cœpit reformari; & secundum hunc Scriptorem Observantia cœpit anno. 1380.

4. P. Marcus Ulyssiponensis Observantinus Scriptor Chronicorum Ordinis, ac deinde Episcopus, Chronic. parte 2. lib. 9. cap. 26. B. ai: In questo templo Fra Paolo Trini da Foligno, di nobilità Ca-  
fata, Laico, ma di gran santità, et zeloso della Religione, ebbe licenza dal questo Generale (qui Generalis fuit Frater Thomas Ernianus à Mutina, postea Cardinalis, perpetam à Scriptoribus dictus aliquando Farignanus, cum adhuc vigeat triplus familia Mutinæ patritia, Italice Frignani, cognomine fortè derivato à Provin-  
ciola Erniani, in qua sextula, Fananum &c. inter fines Bononiensium, Lu-  
censium, atque Mutinenium, horumque ditionis est) di stare nell' Eremo di Burlano; e frà tre anni ebbe il detto Fra Paolo licenza dal Generale di habitare in undeci luoghi già abbandonati; e di questa maniera ebbe origine la famiglia degli Observantini. con lo spirito del Signore, & autorita dell' Ordine, e del Generale; qui Generalis regebat eo anno 1368. quo Fulginei celebrato Capitulo Provinciali,

petitionibus Hugolini Trincii, Fulgina-  
tum Reguli, obtinentis Brulliani locum  
pro consanguineo Fratre Paulo con-  
cessit.

5. P. Franciscus Gonzaga Ex-genera-  
lis Observantinus, & postea Episcopus  
Mantuanus, *Histor. de orig. Seraph. Relig.  
par. I. tit. Observantiae regularis exordium*,  
loquens de Generalibus, ait: *Leonardus  
de Giffonio* (qui fuit Generalis Ordinis)  
anno Domini 1373: qui pullulantem hujus-  
modi Congregationem maximis favoribus, ma-  
ximaque benvolentia prosecutus est, prædi-  
ctumque Fratrem Paulum de Trincis editis  
patentibus litteris, in suo vivendi modo est  
confortatus; jam enim quinquennis facta  
erat Trinciana recollectio, quæ ceperat  
anno 1368. dabanturque patentes à Gif-  
fonio sub anno 1373.

6. Henricus Sedulius ex Observantia  
in sua Historia Seraphica Sanctorum Mi-  
noritarum in vita S. Bernardini cap. 19.  
*Commentar.* loquens de propagatione Ob-  
servantinorum ab ipso facta, ideoque  
contestis de tunc paulatim crescente fa-  
milia, ait: *Vixerant in Italia viginti loca  
Fratum, ipso mortuo ad ducenta creverunt,  
eoque amplius.*

7. B. Joannes de Capistrano Observantinus, Sanctique Bernardini contemporaneus, & vitæ Scriptor, idem confirmat, nam tempore, quo S. Bernardinus Religionem iugressus est, erant in Italia vix centum triginta Fratres Ordinis de Observantia nuncupati: tempore sui transitus multiplicati fuerunt ad amplius quatuor milia, ait ipse apud Sedulum loco citato

8. P. Arturus à Monasterio Rothomagensis Recollectus ex Observantia, Auditor Martyrologii Franciscani, in annotat. ad 17. Septembris §. 30. hæc ait: Venit Generalis Minister B. Thomas de Fignano eam in Urbem, Comiti celebratus anno 1368 quibus expletis petiit vir Princeps præfatus Hugolinus hic suo consanguineo, Et pauulis Sociis tugurium, concidet Brulliani, quod gratanter à Prætato accepit; narratio autem numero Fratrum, qui confluabant, quoque non capiebant Brulliani angustiæ, ad lx, quod Frater Paulus obtinuit proinde infra breve tempus à prædicto Generali Ministro, ejusque successoribus loca Carceris B. Francaei, Pistæ, Iani, Montis Iovis, Stroconii, in quibus initabantur qui ex sæculo veniebant.

9. P. Petrus de Alua, & Altorga Ex-

Procurator Ordinis Observantiae, in eō  
è suis libris, cui titulus *Naturae prodigi-  
um*, in apparatu operis, tabula 5. fate-  
tur, quod anno 1442. initium jumpit Re-  
fervatio, ejus Auctor fuit S. Bernardinus,  
dicta Zoccolantium.

10. Vvadingi Compilator P. Haroldus è Strictiori Observantia Scriptor  
laudatissimus, in Annalibus &c. ad ann.  
1368. n. 5. narrata Brulliani consecutio-  
ne, subdit: *Hic ergo Pauluccius advocatis  
Sociis, ea regularis observantiae je it funda-  
menta, que in ingens aedificium surrexerunt,  
nullo unquam tempore ruiturum;* & ex tunc  
jacto primo fundamento Observantiae  
Observantiam tunc incepisse non diffi-  
tetur.

11. Omnium verò novissimus, qui  
nunc prodiit in lucem *Orbis Seraphicus* à  
P. Dominico de Gubernatis à Sospitel-  
lo è Strictiori Observantia editus, licet  
hoc to. 1. lib. 5. enumerando Minorum  
Reformationes, hanc Trincianam à Pau-  
luccio subticuisse maluerit ex industria,  
libro tamen 3. ejusdem primi tomi, §. 23.  
n. 2. de Ministro Generali Friniano hæc  
redit verba: *Regularis Observantiae funda-  
menta mirifice promovit, dum Brulliani lo-*  
*cum a*

cum, primum hujus amplissimæ reformationis  
tugurio um, petente Hugo in de Trinis B.  
F. Pauluccio de Trincis perbenignè onc sfit.  
Et ibidem §. 24. n. 4. de Generali Mi-  
nistro Leonardo Giffonensi subdidit:  
Fr. Pauluccium Fulginatem, ejusque sequaces,  
Regularis observantiae felicia primordia, sin-  
cero affectu, magnis impertitis privilegiis  
protexit; inferius autem de Generali  
Ministro Angelo de Pireto §. 29. num.  
I. ait quod hic Novellam Congregationem  
Regularis observantiae Henricum emulatus,  
singulari prosecutus affectu, qui quidem tres  
Generales ante completem secundum  
Religionis sæculum regebant, & conse-  
quenter, si fuerunt Observantiae funda-  
menta sub Friniano dante Brulliani locum  
primum h. ius reformationis, ejusdémque  
felicia primordia sub Giffonensi, unde  
adhuc regente Pireto novellam Congrega-  
tionem decuit appellari, concordat Au-  
thoræ cæteris in assignando tempore quo  
cepit reformatio ab iis de Observantia,  
nempe sub Friniano.

Constat igitur per Scriptores PP. Ob-  
servantiaz de tempore quo incepit Ob-  
servantia, vellemque in tali materia  
semper recordarentur nos disputare de

tempore, non de instituto, idest quis  
Ordo sit magis antiquus, non qui ma-  
gis pauper.

## SECTIO QUARTA.

Per Romanorum Pontificum Constitu-  
tiones asserta antiquioritas ultra annum  
1517. evidentissime protrahitur.

## SUMMARIUM.

1. *Ante annum 1517. extitisse Conventuales  
habetur à Bulla Leonis X.*
2. *Et ab alia Alexandri VI.*
3. *Et Sixti IV.*
4. *Pauli II.*
5. *Pii II.*
6. *Alteræ ejusdem Pii,*
7. *Idem enuntiat Calistus III.*
8. *Et Nicolaus V.*
9. *Eugenius IV.*
10. *Iterumque idem Eugenius IV.*
11. *Ex quibus anterioritas centum trium an-  
norum est probata,*
12. *Sed & aliunde tercentorum annorum.*

**S**tabili, eoquè solidiori petra firma-  
bitur antiquioritatis Conventualium  
funda-

fundamentum, si è Petri Cathedra audiatur Apostoli successores Pontifices, ipsorumque statuta; à quibus si habeam Conventuales extitisse ante annum 1517. certè ruet omnino novitas Conventualibus attributa, consistetque ipsorum antiquioritas supra tempus assertum, sed non probatum in allegatione.

1. Proximior igitur temporibus Leonis X. adducatur Julius II. Celebrato Capitulo Eccl. Datum Romæ apud S. Petrum 7. Septembris, Pontificatus anno quinto, qui fuit 1508. & habetur in citat. Monum. Ord. Min. tract. I. fol. mibi 211. supprimens autem Capuciatos, ait ibi, sub obedientia Ministrorum Generatis simul, ac Provincialium, Conventualium, & de observantia respective, pure, immediate Eccl. Hic igitur nominantur Conventuales, & non tamquam futuri, seu possibiles, sed tamquam actuales, quia ipsorum jurisdictioni subduntur Capuciatи cumulative, &c.

2. Alexander VI. præcessor Julii, Dum pro parte Eccl. Dat. Romæ apud S. Petrum 27. Novembris, Pontificatus septimo, qui fuit anno 1499. & habetur in citato Monum. Ord. Min. in processu fol. mibi

98. Ordinis Fratrum Minorum professoribus Conventualibus nuncupatis,.... nonnulli ex eisdem professoribus Conventualibus,.... ab obedientia Ministrorum, Generalis, & Provincialium Fratrum Conventualium eorumdem; & adhuc quater repetit nomen Conventualium in eadem Bulla circa transitum ab una ad aliam harum duarum Religionum &c.

3. Sixtus IV. (qui ad Pontificatum è Conventualibus assumptus, sicut & ipsi patentur Observantini, ut infra adducam) optimè noverat hæc discrimina nominum, & Ordinum, subdens Tertium Ordinem per illam incip. Romani Pontificis &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno 1471. 18. Kal. Januarii, Pontific. anno primo, quæ habetur apud Antonium de Sillis in privileg. sui Tertiæ ordinis to. 2. pagina mihi 48. ait, Visitatorem, seu Confessorem dicti ordinis. Fratrum Minorum Conventualium, &c.

4. Paulus II. Cum Sacer Ordo Fratrum Minorum &c. Dat. Romæ apud S. Marcum pridie Kal. Martij 1466. Pontific. anno tertio; & est Bulla Concordia, quæ extat in firmamento Trium ordinum parte 2. tract. 1. fol. mihi 48. ait, Ad amputandas dissensiones

fiones inter Fratres ipsos, qui Conventuales,  
qui de observantia nuncupantur.....  
nè loca Conventualium, aut Monasteria Mo-  
nialium..... à cura ipsorum Conventualium  
auferantur tentare. Sc.

5. Pius II. Super gregem Dominicum Sc.  
Dat. Romæ apud S. Petrum 1463. nonis No-  
vembris, Pontificatus anno sexto & habet  
ur in firmamento trium ordinum parte 2.  
tract. I. fol. mibi 47. prohibens mutuas  
occupationes Conventuum &c. Universis  
Fratribus tam Conventualibus, quam de Ob-  
servantia..... inhibuimus, ne ipsi sibi in-  
viem, conventuales videlicet illis de obser-  
vantia nuncupatis, Sc illi de observantia con-  
ventualibus Fratribus domos, aut loca Sc.

6. Idem Pius II. Pro nostra Sc. Dat.  
Romæ apud S. Petrum 1458 V. kal. Octobris.  
Pontific. anno primo; & est in Monum.  
Ord. Min. tract. processus fol. 86. separans  
dictos Ordines, ait: Fratribus Ordinis B.  
Francisci tam Conventualibus, quam de ob-  
servantia nuncupatis.

7. Calistus III. Illius, cuius in pace Sc.  
Datnm Romæ apud S. Petrum 1455. IV. no-  
nas Febr. Pontific. anno primo; & habetur  
in firmam. trium ord. parte 2. tract. I. de  
privileg. fol. mibi 42. Tam Conventualibus,  
quam

quam de observantia Fratribus predictis. .... ne ipsi de observantia sub nomine Conventualium, &c.

8. Nicolaus V. Cum ad Sacrum &c. Datum Romæ apud S. Petrum 1454. viii. Idus Januar. Pontif. tertiu. Licet olim super diversis questionibus. .... quæ inter Conventuales, & de observantia nuncupatos &c. in firmam. cit.

9. Eugenius IV. Ordinis tui &c. Dat. Rome apud S. Petrum 1446. vi. nonas Februarii, Pontif. anno decimosexto; & dirigitur ad Fratrem Jacobum de Primaticiis Vicarium Observantinorum, extans in firmam. trium ord. parte 2. tract. I. de privileg. pag. mihi 36. Sanè cum post concordiam inter filios Fratres, qui dicuntur Conventuales, & vos &c.

10. Idem Eugenius IV. Fratribus omnibus &c. Datum Senis 1443. Kal. Augusti, Pontific. anno decimotertio: ex firmam. cit. fol. mihi 34. ad Joannem Mahubert Vicarium Observantinorum: Acceptandi Fratres Conventuales, dummodo suis Ministeris non sint rebelles. .... non tamen loca Conventuum possis, seu possint recipere, &c.

11. Cum igitur allata Pontificum diplomata loquantur, non implicitè, non dedu-

deducibiliter, sed explicitè, convincenter, apertè, & in terminis (ut dici solet) terminantibus, constabit, quod nomen, & Ordo Conventualium non incepit anno 1517. sub Leone X. cum ejusdem nominis, & Ordinis repetitio, & continuatio in Pontificiis Bullis reperiatur ab Eugenio IV. ad Leonem X. scilicet annis septuaginta quatuor ante tempus assertum, cui si addas annos ab Eugenio IV. ad Concil. Constantien. scilicet ad annum 1414. cum à Leone X. ad illud Concilium medient anni centum & tres, certè corruet recentioritas Conventualibus imposita, ipsique ex hoc capite reperientur plus quam integro saeculo præcessisse.

12. Sed licet saeculi præduratio ex hoc capite colligatur, hæcque sufficiat ad probandum non incepisse anno 1517. non sufficit tamen Conventualibus, optimè scientibus se adhuc antiquiores, ut Eminentiss. de Luca, Moriggia, Maurolicus, Laertius, Ricciolius citati, aliquæ infra citandi pro adhuc majori antiquioritate, qua Leoni X. præextitisse per annos plus quam tercentos, apertissimè constat.

## SECTIO QUINTA.

Eadem antiquioritus Franciscana Conventualibus adjudicatur rationibus.

## SUMMARIUM.

1. Nomen ipsum Reformati recentioritatem innuit Observantiae.
2. Conceptis verbis Rodericus, & Sorbus exprimunt dirivationem Observantiorum à Conventualibus.
3. Fundator, qui anno 1517. Conventuales instituisset, assignaretur, si essent tam recentes:
4. Sed vere sunt antiquiores, quia corpus Sancti P. Francisci ipsi custodiunt.
5. Non omnes Generales sepulti apud Minoros.
6. Duodecim Generales Minorum Cardinalatu decorati enumerantur.
7. Ubinam aliqui ex iis sepulti.
8. Generalium antiquorum sepulcrā in Ecclesiis Conventualium,
9. Ex quorum antiquitate patet antiquoritas Conventualium, & quod tunc extiterint,
10. Et in antiquioribus Ordinis Seraphici Conventibus permanent.

- II. *Inquisitiones exercent, & Magisterium retinent.*
12. *Quodque magis est, Superioribus Conven-tualium subjiciebantur Observantes, qui-bus numquam subjacuere Conventuales.*

I. ET sane si grammaticaliter causa esset pertractanda, sententiam pro Conventualibus latam à nomine partis exscriberemus: nam Parres de Observantia se dicunt Reformatos, & reformasse Minores, declinantes rigorem paupertatis, per Pontificia privilegia, ut liquet ex Scriptoribus Observantinis datis hic sectione tertia. Ast reformare est iterum formare id, quod prius fuerat formatum, & consequen-ter præexistebat, & id, quod per ipsos reformatur, est Ordo Franciscanus, qui non poterat non fuisse antecedenter formatus, & præexistens: Hic au-tem Ordo antiquas præexistens refor-mationi Observantiae, non erat Ordo Observantiae, quia tunc ista reforma-bat, non reformabatur; nec erat Or-do Strictioris Observantiae, quia hic emanavit, à laxiori statim post Leonem X. nec erat Tertius Ordo, quia hic

non obnoxius altissimæ paupertati non  
indigebat reformatione; nec erat Ordo  
PP. Capuccinorum, quia ipsi in rigi-  
diori perseverant paupertate; nullus  
autem aliis est reliquus Ordo Franci-  
scanus, nisi hic Minorum Conventua-  
lium, qui tempore præcederet, & à  
paupertate in communi recederet, i-  
deoquè hic erat Ordo, qui reformaba-  
tur, & præexistebat.

Nec habeo quid addam circa verita-  
tem assumpti, nisi à Grammaticis mu-  
tuatum, per hos enim est certum, quod  
particula *Re*, quæ dicitur præpositio  
compositionis, facit hunc sensum,  
quod iteratam, seu novam, vel repli-  
catam operationem significat, unde di-  
cimur domum reficere, librum relege-  
re, idest domum iterum facere, librum  
denuò legere: sicquè reformare erit i-  
terum formare, & quasi formam de-  
perditam restituere, aut producere,  
quæ erat in casu rigiditas paupertatis  
restituta in communi.

2. Ex qua eadem radice germinat alia  
affinis hæc ratio ab origine PP. de Ob-  
servantia deducta. Rodericus Obser-  
vantinus, Sorbus in sect. 2. cit. hic  
sect.

lect. 3. dicit, quod **Reformatio Fratrum de Observantia** exiit à **Fratribus Conventualibus**, cæterique Scriptores Observantini adducti, fatentur Reformationem hanc cœpisse à Fratre Paulo Trincio, qui antequam reformatetur erat Conventualis, & adhuc postquam reformatus, obcæcatus est utroque oculo, & reduxit ad suum pristinum Conventum Fulginei, in quo est mortuus, & sepultus inter Conventuales, inibi adhuc commorantes; ajuntque concorditer Heremitorum Brulliani, primum scilicet locum Observantinorum fuisse concessum à Generalibus ejusdem Ordinis, à quo prodibat ad reformationem. Ex quo claret origo Observantiz ab Ordine illo Minorum, jam Conventualium; sed certè omne originatum, seu productum est posterius suo producente, seu eo, à quo originatur, alias filius posset esse senior patre, & descendens super ascendentem locari in arbore consanguinitatis, & ideo non est locus impugnandæ antiquioritatis Conventualium Ascendentium, per Observantinos Descendentes, quia Observantia exiit, idest descendit à Fratribus Conventualibus,

juxta verba Roderici Observantini,  
Sorbi &c.

3. Dabo tamen manus vinetas, spon-  
tequè fatebor & ego recentioritatem  
Conventualium, si hujus novæ Reli-  
gionis saltem Fundatorem, exilitatem,  
incrementum quis tandem assignet ;  
quod facillimum fore putavero ; cum  
in re adeò recenti, & consequenter  
perspicua, pervius sit accessus ad fon-  
tem, eaque ratione, qua ego jam tra-  
didi Observantiæ exordium à Trincio,  
progressum ejusdem ad quatuor loca  
subinde concessa à Generali Friniano,  
hinc ad duodecim loca sub Generali  
Giffonensi, postea feliciorem propaga-  
tionem per S. Bernardinum ; id ipsum  
poterit ab ipso præstari de Conventua-  
libus. Et sane, id optimè advertebat  
P. Magister Gabriel Faber Parisiensis,  
Procurator Generalis Conventualium *in*  
*suo Speculo Status Religionis Franciscanæ,*  
*euso Parisiis anno 1626. pag. 75.* & stupe-  
bat rem novam, anno 1517. incipien-  
tem, tam citò in suo fonte submersam,  
aboletam memoriam Fundatoris, vel  
inceptoris, tamquam corpus acepha-  
lum capite carere, cùm cæterorum o-  
mnium,

nnium, etiam antiquissimorum Ordinum Fundatores noverimus, Conventionalium autem non assignetur ab ipsis imponentibus novitatem; unde gratis asseri hæc novitas convincitur, ex hoc, quod non possit probari, quomodo, à quo, cur, vel unde cäperit, nisi dicens, quod à Sancto Patre Francisco fundetur, unde ruat novitas.

4. Sed rogo. Quis novæ huic Familiæ antiquum, primumquæ patrem familiæ dedit custodiendum? Ecquis ad insignem illam Basilicam Assisiensem, à primo Generali post S. Patrem Franciscum constructam, nuperos traduxit Franciscanos Conventuales; A quonam Pontificum datæ Bullæ pro-novæ Religionis introductione? Quare Religio è Franciscanis ante Conventuales hosce subortos anno 1517. possidebat Basilicam tumulo Divi Patriarchæ toti Mundo conspicuam? Certe, quod Religiosus apud suos Correligionarios, quod pater à filiis sepeliatur, homo cordatus non inficiabitur. Quod Sancti Religionum Patriarchæ apud professores à se institutæ Religionis tumultentur, neminem, vel modicæ lectionis latebit. An non

Sanctissimi Patriarchæ, Benedictus in  
 Monte Cassino, Dominicus Bononiacæ,  
 Augustinus Papiaz, Benicius Tuderti,  
 Ignatius Romæ, Gaetanus Neapoli, in  
 suorum filiorum Ecclesiis tumulati, suæ  
 mortalis sarcinæ patrimonio hos filios  
 declarauit, quos ditaverunt hæredita-  
 te sui corporis? Atqui Ecclesiarum Or-  
 dinis Mater Sacrosancta Assisiensis Basí-  
 lica ( de qua Gregorius IX. Is , qui Ec-  
 clesiam &c. Dat. Laterani 10. Kal. Maij.  
 1230. idcirco asserit , quod Ordinis , cuius  
 Institutor , & Pater extitit Confessor prædi-  
 etus , habeatur caput , & Mater , ac in ea  
 per Fratres ejusdem Ordinis perpetuè servia-  
 tur ) & Corpus S. Patris Francisci con-  
 servat , & anno 1230. concessa Conven-  
 tualibus ejusdem Fundatoribus in solo  
 Pontificio semper usque ad hodiernum  
 diem fuit Conventualium , & numquam  
 ulla alia Religio ipsam possedit , nec  
 Sanctus Patriarcha inter alios , quam in-  
 ter suos filios est mortuus , sepultus ,  
 atque translatus ; nec ab aliis funerum  
 Tempisque honorem est sortitus. Quis  
 igitur contendat , possidentes ab anno  
 1217. ad annum 1682. Corpus sui S.  
 Patris , antiquioritate præcedere subna-  
 scen-

scentibus ad annum 1358? Hoc idem deducatur ex possessu Corporis S. Antonii Bulionii Ulyssiponensis in Ecclesia Conventualium Paduæ ( unde & ab incolatu Antonius Patavinus appellatur ) summa Fidelium devotione , parique magnificientia servati.

5. Quibus addo sepulcra Generalium antiquorum , qui in primis Minorum sæculis , vices Divi Patris gessere , ac apud filios tumulati conspiciuntur. Novi quidem duodecim ex iis purpuratos à Summis Pontificibus , quos mihi omnes ad id asserere non valeam , cum facti sui juris , ordinisque anterioris , ad nostrates non omnes fuerint appositi. Minorum etenim Generales duodecim , cineres Franciscanos purpureis decoravere splendoribus ad Cardinalitiam dignitatem , &c in ipso ministeriali evecti.

6. Horum primus Fr. Bonaventura Fidantia Balneoregiensis è Provincia Romana , post octodecim annos Generalatus , ad Cardinalatum est assumptus per Gregorium X. anno 1284. postea solemnni apotheosi Divis adscriptus. Secundum , fera Mater honorum pro Minoribus , dedit Piceni Provincia in

Fr. Hieronymo Liscianensi Sub-Asculano, quem post administratam quinquennio Religionem è suprema ipsius Præfectura per Cardinalatum Nicolaus III. anno 1278. vocavit ad majora, maximis natum, futurumquè Summum Pontificem Nicolaum IV. Tertius Matthæus Aquaspartanus Umber Generalatus bienio nondum expleto à Nicolao IV. anno 1288. Cardinalatu donatus. Quartus Icannes Minius à Muro Picenus septen-nium Generalatus explens à Bonifacio VIII. anno 1302. creatus Cardinalis. Quintus Fortanerius Vassallus Aquitanus completo sexennali Ordinis regimine ab Innocentio VI. anno 1361. Cardinalitia purpura insignitus. Sextus Gul-lielmus Farinerius itidem Aquitanus ab Innocentio VI. anno 1356. novennalis Generalis auctus Cardinalatu. Septimus Marcus Viterbiensis è Romana Provin-cia septennio Generalatus exacto, Urbano V. anno 1363. ad purpuram Vati-canam promovente. Octavus Thomas Frinianus à Mutina, ac Provincia Bononiensi, Religione sexennio, vel cir-citer, recta ab Urbano VI. anno 1378. Cardinalibus adscriptus. Nonus Leo-nardus

párdus de Rubeis á Giffonio in Felici Campania, & Provincia Neapolitana, sub Urbano VI. anno 1381. reperitur in serie Cardinalium. Decimus Lindovicus Donatus Venetus, post trimestrem Generalatum ab eodem Urbano VI. anno 1381. est inter Cardinales accitus. Undecimus Franciscus à Ruvere Savonensis, administrata quinquennio, vel circiter, Religione à Paulo II. anno 1468. creatus Cardinalis, & deinde à Cardinalibus Pontifex Maximus, Sixtus IV. appellatus. Duodecimus tandem Felix Perettus à Monte alto Picenus, quem B. Pius V anno 1570. Cardinalibus adnumeravit, in summa Petri Cathedra gloriofissimè sessurum, futurumque Sextum æterni nominis, ac meriti quintum.

7. Horum igitur licet noverim alios vel in sui tituli, vel in suis Cathedralibus, vel in Romanis Patriarchalibus Ecclesiis tumulatos, ut patet de secundo, ac duodecimo hic enumeratis, & in Basilica Liberiana, seu Sanctæ Mariæ Majoris, ac undecimo in Basilica Vaticana sepultis, constat tamen sextum, ac nonum, nempè Gullielmum Farine-

rium , ac Leonardum de Rubeis Giffonensem in Avenionensi Conventualium Ecclesia jacere. Quibus tamen commissis , lubet de iis solum Ex-Generalibus habere sermonem , qui in Ordine consenserunt , nec vocati ad exterias dignitates inter suos defuncti , apud eosdem tumulum sunt fortiti.

8. Et quidem Haymo Cantianus de Ferveshan Anglus , quintus Ordinis Generalis electus anno 1239. jacet apud Conventuales Anagniæ in Latio. Bonagratia de S. Joanne in Persiceto , & Diœcesi Bononiensi , in Ecclesia Conventualium Avenionensi est sepultus. Henrici Alferii Astensis itidem Generalis , quiescant cineres in primo suo tumulo apud Conventuales Ravennæ ab anno 1405. quo ibi migravit. Angeli Salveti Generalis cadaver Senis apud Conventuales humatura jacet in patria Florentia in magnifico Sanctæ Crucis Templo apud Conventuales , trium Generalium , nempe Guillielmi de Casali , Antonii de Rusconibus Novocomensis , Francisci Nanii Sampsonisve tumulos habet , sicut & in Ecclesia Castræ novi in Tertonensi Diœcesi tumulatus. Martinus

tinus Sangeorgius Riparolensis, in Pi-  
storiensi Petrus de Cassana, & in Cor-  
tonensi F. Helias, ut cæteros ommit-  
tam, vel quia recentiores, vel quia in  
Ecclesiis, quæ licet tempore funerum  
essent Conventionalium, modoque sunt  
aliorum, vel non existunt, bellorum,  
vel Hæreticorum furoribus stratae.

9. Sub illata tantummodo considera-  
tione hoc deducam, quod cum Regu-  
lares, multoquæ magis Superiores, apud  
suos Subditos, ac in Ecclesiis sui Ordin-  
nis sepeliantur, präfati verò antiqui  
Generales reperiantur sepulti apud Con-  
ventuales, certè hi Franciscani sunt,  
veniuntquæ censendi veri filii, & sub-  
diti eorum, quos apud se habent tu-  
mulatos, quibusquæ suberant, cum abi-  
erunt è vivis, & iisdem antiquiori-  
bus, illisquæ primi sæculi Generalibus  
coexistebant in Religionis primordio-  
tanquam antiqua, ac vera Ordinis ra-  
dix non propago.

10. Sed & idem ex antiquiorum Con-  
ventuum posseisu concluditur; nam hos  
Conventuales vel adhuc possident, vel  
Observantini cessere: Primus enim  
Conventus, seu locus, quem cum pri-

mis. Minoribus incoluit S. P. Franciscus, fuit ad Rivum tortum in agro suburbano Assisii, quem locum, & semper possedere, & nunc possident Conventuales. Secundus fuit vel Portiunculae in eodem suburbio, vel Carminiani juxta P. Mag. Franciscum Pisciottam à Coriliano. *to. I. historiæ suæ manuscu. 55.* apud me existentis; & Carminianensem retinent Conventuales, alium vero Portiunculae ipse sponte dederunt Observantinis anno. 1415. teste ipso Uvadingo Scriptore Observantino ad annum prædictum. Quos Divi Patris Socii fundarunt, Bononiæ, Venetiis, Mediolanii, Mutinæ per B. Quintavallium, reliquique adhuc sunt Conventualium, vel si aliquibus abscesserint, constat de tempore, quo succendentibus Observantinis circa tertium sæculum Religionis, ipsos jam à nobis extructos, & inhabitatos reliquimus, nec ullum nos Conventum antiquum ab ipsis accepimus, sicuti à nobis multos ipsi receptos possident; ideoque & ex antiquitate domorum, inhabitantium fundatorum dignoscitur antiquioritas.

11. Producit etiam debent, atque considerari

siderari antiqua Ordinis Minorum decoramenta , ac inspici , apud quos reperiantur , ut optimè advertit in præcitatō Speculo P. Mag. Gabriel Faber Parisiensis . Hæc decoramenta Ordinis , quasi gentilitia insignia , ac stemmata familiæ Franciscanæ , ipsius antiquitatem , ac identitatem ostentant , cùm numquam fuerint immutata , vel translata , ut patet , cum sit res facti . Magistri in Theologia , antiqui sunt in Ordine , ut patet de S. Bonaventura , aliisquè antiquissimis Generalibus , & Doctoribus Classicis nostri Ordinis , & tamen titulus Magisterii est in Conventualibus , non in Observantinis , & à Generali Conventualium , non ab Observantino laureantur Magistri . Sed hoc ommissio , inspiciamus Inquisitores . Duo certè soli Ordines , nempè sanctissima Religio Prædicatorum , & Ordo Minorum à Summis Pontificibus jam per sæcula decorantur officiis Generalium Inquisitorum contra hæreticam pravitatem , Minoresquè aliquibus sæculis ante annum 1517 . Sanctæ Sedi inserviebant in ministeriatu Inquisitorum , ut patet per Constit. 16. Innocentii IV. Quia tunc potissime

Eccl. Dat.

Eccl. Dar. Laterani xv. Kal. Aprilis, Pontificatus anno undecimo: Bullarii to. i. qui fuit annus Christi 1254. ante quem annum constituerat Minores Inquisitores in Urbe, Patrimonio, Apulia, Lombardia, Romaniola, Marchia Tervisina, Sclavenia, & Tuscia; & postea fuere Inquisitores in partibus Tholosanis, aliisque locis; & de facto iidem Minorum nunc à Sancta Sede habent Inquisitoratus, Florentinum, Pisanum, Senensem, Patavinum, Tervisatum, Istriatum, Foroiuliensem, Cenetensem, Bellunensem, Adriensem, & hi sunt in Conventualibus, in quibus erant ante annum 1517. & Conventus sunt domus ejusdem Religionis Minorum, cujus erant ante illum annum, nequitque ex hoc antiquo possesso nobilis ministeriatus, quo decoratur Religio in obsequiis Sanctæ Fidei, Sanctæ quæ Sedis per numquam interruptam continuationem, non concludi ab antiqua possessione antiquitas possidentis, & ab antiquioritate Officiorum antiquitas Officialium; unde cum istæ Inquisitiones fuerint Minorum antiquorum, nuncque sint in Conventualibus,

&amp; num-

## SECTIO V.

51

& numquām fuerint in Observantinis,  
hoc erit manifestum argumentum, quod  
Conventuales sint antiqui Minores, i-  
deoquè antiquiores Observantinis

12. Etiam superioritas, & subiectio  
in simili materia Regularium sufficien-  
ter probant antiquoritatem, cùm cer-  
tum sit, quod, quæ nunc Religiones  
reformatæ sunt in statu Religionis for-  
matæ, ab initio sui erant paucorum  
recollectiones, & recessus, deinde cum  
incepissent sobolescere, factæ sunt Con-  
gregationes cum electione aliquorum  
Superiorum, licet non omnium; ac  
tandem auctæ, ac feliciter propagatæ,  
aliquæ ipsarum evasere Religiones, ut  
digne, ac meritò evenit sancto Obser-  
vantinorum Ordini, qui verè filius,  
accrescens, factus est in gentem ma-  
gnam, doctam, & sanctam. Ab initio  
tamen non habebant Superiores propri-  
os, & à 1358. usque ad 1414. vixerunt  
sub Superioribus communitatis Ordinis:  
anno 1414. obtinuerunt à Concil. Con-  
stantien. posse eligere sibi Vicarios, sub-  
ordinatos tamen Ministris Communita-  
ris Ordinis, à quibus, & confirmatio-  
nem peterent, ac acciperent, & sine  
præ-

præjudicio jurium Ministrorum Communitatis Ordinis, qui adhuc poterant visitare, & visitabant Observantinos hosce Ultramontanos, licet habentes Vicarios, Citramontanis autem, hortante Eugenio IV. Antonius de Rusconibus Minister Generalis Vicarium Generalem concessit, ut ex ipsius Eugenii duobus Brevibus, quorum primum incip. *Fratrum Ordinis Minorum Sc. Dat. Senis Kal. Augusti 1443.* inseritque literas patentes Generalis, quas confirmat pro Fratre Joanne de Mauberto: & secundum incip. *Ut Sacra Sc. Dat. Romæ apud S. Petrum 1446. 10. Kal. Augusti,* suntque ambo in firmam. tit. par. 2. tract. 1. fol. 33. & 40. At anno 1517. per Leonem X. fuere omnino subtracti obedienciarum Ministri Communitatis Ordinis, & non amplius Vicarium, sed Ministrum, omnino independenter obtinuerunt, divisique ab Ordinis Communitate Religionem constituerunt. Sed tamen cum ab anno 1358. quo per Fratrem Paulum de Trineis inceperunt, usque ad annum 1517. intercessissent anni 159. quibus iphi obediverant Ministris Communitatis Ordinis, ab hac superioria

rioritate Ministrorum , utique collige-  
tur , quod recentiores sub antiquioribus  
sterint , & juxta stylum Romanorum  
Pontificum , Ecclesiaz , consuetudinis ,  
ac facti , quibus docemur exorientes  
Reformatos in principio regi à Religio-  
ne matrice , ab hoc regimine apertè  
patebit antiquioritas Ordinis gubernan-  
tis respectu gubernati . Hujus autem rei  
vestigia posset quis investigare in pro-  
cessionibus Castillionis Florentini , in  
quibus PP. de Observancia sub cruce  
Conventualium incedunt subsequenti-  
bus Conventualibus , quod & alicubi  
in Regno Neapolis , & aliquando Bi-  
tonii in Umbria observatur .

Quæ dicta sunt sectionibus secunda ,  
tertia , & quarta , ad hoc idem tendunt ,  
quia cum spectent ad factum elucidan-  
dum , indicentquè emanationem PP.  
Observantinorum à Conventualibus ,  
tamquam à fonte , & à matrice Fran-  
ciscana , cùm omnis causa sit prior suo  
causato , antiquioritatem Conventua-  
lium per physicam rationem productio-  
nis , seu emanationis evincunt .

## SECTIO SEXTA.

Quod antiqui Minores non desierint,  
 & quod Conventuales hodierni vo-  
 cantur antonomasticè Minores

## SUMMARIUM.

1. *Antiqui Minores non desierunt anno 1517.  
 resoluti in Conventuales & Observanti-  
 nos.*
2. *Ex hoc tamen probaretur contemporanei-  
 tas , non antiquioritas.*
3. *Re tamen vera Conventuales sunt illi , qui  
 appellantur antonomasticè Minores.*
4. *Ita in Bullis Pontificum vocantur , & pri-  
 mo à Julio II.*
5. *Et à Sixto IV.*
6. *Iterum à Julio II.*
7. *Denuò à Sixto IV.*
8. *Paulo II.*
9. *Calisto III.*
10. *Gregorio IX.*
11. *Clemente IV.*
12. *Unde liquet Conventuales institutos an-  
 num 1227.*
13. *Idem*

13. Idem Ordo, qui in Basilica Assisensi fuit anno 1230. ibidem nunc perseverat.
14. Ita & post Leonem X. Pius IV.
15. Qui & Ministrum appellat Generalem Conventualium.
16. Et P. Octavius Caietanus Jesuita eadem utitur antonomasiâ.
17. Cum appellatione, quæ ab immemorabili in Europa viget.

I. **N**HOC quidem conveniunt PP. Observantini, quod ante ipsos fuerit Religio Minorum, sed deformata, inquiunt, ac per ipsos reformata; aliquis tamen visus est commentum quoddam meditari, seu effugium ad antiquioritatem Conventualium eludendam, dicendo, quod usque ad annum 1517. extitit Ordo Minorum, illique Fratres appellabantur absolute Minores, absque ullo adjecto Conventualium, vel Observantium, sed anno 1517. cessavere hi Minores, abeuntes vel in Conventuales, vel in Observantinos, in quos facta resolutio totius Minoritici Ordinis antiqui, nascentibus ex illa divisione Conventionalibus; ex quo, mero casu evenerit, quod in divisione, in Con-

ventu v. g. Assisi, Padua &c. reperi-  
rentur Fratres, qui vellet Conventua-  
litati potius, quam Reformationi adha-  
rere, unde antiquioritas, quæ stat pro  
Minoribus antiquis, non stat pro Con-  
ventualibus, qui non sunt antiqui.

2. Sed hæc tentata evasio nimis olet  
Sophisma, & nihil è dictis reprobat,  
quia nimis probat; si enim à desitione  
imaginaria Minorum incepissimus am-  
bo, ex hoc non probaretur prætensa  
antiquioritas Observantina, sed simula-  
tas temporaria dividentium, & incipi-  
entium, & Ledæ ovum, divisio, gemi-  
nis, unico partu dedisset contemporane-  
itatem, neutri anterioritatem. Deinde,  
quomodo possumus ambo tunc in-  
cepisse, si & Scriptores Observantini  
dati sectione tertia, & Summi Pontifi-  
ces aducti sectione quarta, ambos ante  
annum 1517. extitisse contestantur? Si  
autem filia divisionis sit Religio Con-  
ventualis, cur non satèm dicitur nata  
anno 1414 quando per Decretum Con-  
cil. Constantien. ceptum est audiri in  
Ordine Minorum quod alii essent Fra-  
tres, qui appellantur *de Communitate Or-  
dinis*, alii, qui dicerentur *de Observantia*,

utra-

utraque specie existente sub propriis Superioribus, & per talia prædicta nomina à Concil. Constantien. distincta? Et dato hoc numquam concedendo, quod Conventus Assisiensis, Patavinus &c. casu obvenissent Conventualibus, quibus tunc fortuitò fuissent oppleti, quid diceretur de Inquisitoratibus, qui non sequuntur Conventum, sed Religionem? Sancta Sedes affvera uti Minoribus, bene noverat, an desisset Ordo Minorum, quo uti conservaverat, & tamen numquam reperitur mentio Inquisitionis translatæ ab Ordine Minorum ad Ordinem Conventualium.

3. Quibus leviter prætactis, & etiam non consideratis, adhuc stat hæc veritas, quod Ordo Minorum numquam desit, sed & post emanationem Ordinis Observantini ab antiquo Ordine Minorum, hic antiquus Ordo permanet, permanetque; quod nisi faterentur Scriptores Observantini jam citati, per solidiora fundamenta Bullarum Pontificiarum, quæ profero, firmaretur. Quid enim hodierni Conventuales sint ipsi met illi antiqui Minores, & quod idem sit dicere Fratres Conventuales, ac dicere Fratres

Minores, summendo illud nomen Minorum antonomasticè pro principali denominato, ea principalitate, quæ ab antiquioritate proveniat, & absolutè sine ulla relatione ad distinctivum superadditum, ipse certè probavero, si demonstravero ex Bullis Pontificiis, quod, & divisa, & indivisa Observantia à Conventualibus, isti à Pontificibus appellantur absolutè *Fratres Minores*.

4. Ad quod afferam primo Bullam Julii II. Viss, & diligenter Te. Dat. Romæ 25. Junii 1508. quæ habetur in Monum. Ord. Minorum fol. mibi 216. & est confirmatio Concordiæ Vallisoletanæ, ubi de Tertio Ordine dicitur, *Tertiarii portent ubique habitum talem, quo distinguuntur à Fratribus primi Ordinis S. Francisci*; qui primus Ordo, nempe Minorum, alius esse non potest, quam Ordo Conventualium, cuius habitui similis est habitus PP. Tertiis Ordinis in materia, & forma, habitui enim Observantinorum, neque in materia, neque in humerali, vel pectorali potest assimilari, & consequenter in hac Bulla Conventuales appellantur Primus Ordo Minorum, licet supra sæculum extarent Observantini.

¶ Ita

## SECTIO VI.

59

§. Ita Sixtus IV. quo nemo Pontificum res Minoriticas melius percalluit, teste ipso Julio II. jam nostro Proteetore, qui in sua *Exponit Nobis Tc. Romæ apud S. Petrum 7. Jan. 1509.* infra citanda, de Sexto, ac per ipsum statutis circa Minoribus, dicit, *facta fuerunt, Et per prefatum Sextum rerum hujusmodi expertissimum;* hic igitur Sixtus IV. in sua Regimini universalis *Tc. Dat. Romæ anno 1474. pridie Kalen. Septembris, Pontificatus anno quarto;* & est Constit. 6. ipsius in Bullario magno to. 1. de se ipso ait in §. 3. *Nos igitur, qui dicti Ordinis Fratrum Minorum, in quo Generalis Ministri fungebamur officio, dum ad Cardinalatus honorem assumpti fuimus;* quod &c. sepè in aliis suis Constitut: dignissimè repetit. Ait igitur Pontifex se fuisse Generalem Ministrum Ordinis Minorum ( fuit enim electus Perusii anno 1464. rexitque annos circiter quinque, post quos ad Cardinalatum promotus, successorem habuit in Generalatu Zanettum Utinensem ) Minister verò Generalis non appellabatur tunc Superior supremus Observantie, qui dicebatur Vicarius, quapropter Sixtus fuit è Conventualibus, quia hi soli

tunc poterant esse Ministri , & tamen Conventuales hic appellat absolute , & antonomastice Minores.

6. Ad rei majorem evidentiam noto verba Julii II. in præcitata sua Constitutione *Exponi Nobis Sc. Dat. 1509.* ait autem , præfatum Sixtum IV. qui nou solum dum ad Cardinalatus honorem assumptus fuit , vestri prædicti Ordinis Generalis Ministri fungebatur officio , sed etiam ab ineunte ejus aetate in prædicto Ordine fuit nutritus . Quinam autem sit hic Ordo , in quo Sixtus IV. a pueritia fuerit educatus , dicet Uvadinus Observantinus sub anno 1439. num. 59. ubi narrat Sixtum fuisse Magistrum Studii Bononiæ , & Baccalaureum Conventus Papiz , quæ quidem officia , & nomina graduum nec sunt , nec unquam fuerunt in Religione Observantina , sed sunt actualiter , & præfuerunt inter Fratres Communitatis Ordinis , seu Conventuales . Ita de Magisterio dicendum , quod in Communitate Ordinis à temporibus S. Bonaventuræ fuit receptum , hodieque perseverat inter Conventuales , & numquam fuit inter Observantinos , & tamen Contelor : Elencho Cardinal. par. 2. creat. 1. singulos Cardinales pri-  
mæ pro-

mae promotionis factæ à Paulo II. enumerans septimum, sic ponit, *Frater Franciscus de Ruvere de Saona Magister in sacra pagina, & Generalis Ordinis Minorum Presbyter Tit. S. Petri*; quibus possent addi cæteri gradus Sixti in Religione, ut Guardianatus Conventus Sanctorum Duodecim Apostolorum Romæ, quodquæ fuerit Regens Panormi, & Florentiæ, ut habent Ordinis Registra, ac Historia Sicula Cagliolæ, sed ex gradibus præfatis, quorum nomina sunt propria Conventionalium, nec unquam fuerunt inter Observantes, cognoscere licet, quod Religio, in qua Sixtus per minores gradus ascendens, fuit à pueritia educatus, fuitque Generalis, est illa Religio, quæ à Concil. Constantien. appellatur *Communitas Ordinis*; & à Sixto in hac Bulla *Regiminis universalis Sc.* appellatur *Ordo Minorum antonomastice*, licet à jam plus quam centum annis emersisset *Ordo Observantinus*, quando emanavit hæc Bulla.

7. Hinc idem Sixtus IV. in alia incip.  
*Ex debito Pastoralis Sc. Dat. Romæ 1475.*  
xviii. Kalen. Januarii, cuius authenticum transumptum servatur in Archivio Conventus Sanctorum Duodecim Apostolo-

rum de Urbe, concedens facultatem vendendi prædium Ciconiolæ pro reparanda Ecclesia SS. Apostolorum, recentem nobis concessa, quæ in suis ædificiis nimiam erat collapsa, & ruinosa, tot Ordinis Fratrum Minorum professores. &c. & paulo post subdit, in litteris, & mandatis, ut tot ex dicti Ordinis Fratrum Minorum professoribus, quorum unus esset Guardianus &c. & Conventuales ad SS. Apostolos existentes semper appellat absolutè, & aenomastice Minores; certum est autem, quod Romanus SS. Apostolorum Conventus nunquam fuit Observantinorum, sed à magni Bessarionis Cardinalis piissima benignitate fuit datus Conventualibus; & tamen hi Conventuales (quos hic ex hoc titulo lubet vulgo Romano appellare Fratres SS. Apostolorum) Sixtus appellat absolutè Minores; quare Fratres Minores (de Communitate Ordinis appellati à Concil. Constantien. quod idem est, ac diceat de antiquitate Ordinis) sunt Fratres SS. Apostolorum Urbis Romanæ, scilicet Conventuales.

8. Et ad hoc collimasse videtur Paulus II. qui confirmans concessionem præfata Ecclesiæ factam huic Ordini per laudan-

## SECTIO VI.

63

dandissimum Bessarionem, in sua incip.  
In eminenti Sc. Dat. Romæ. 1467. xvi. Kalen. Octobris, Pontific. anno quarto, quæ  
habetur originalis in plumbo in Archi-  
vio Conventus SS. Apostolorum, ait,  
Ut in ipsa Basilica in Divinis congruè servia-  
tur, illam de sæculari Ecclesia ad Ordinem  
Fratrum Minorum reduci Sc. ut ipsam Ba-  
silicam professoribus dicti Ordinis Fratrum  
Minorum concederet; unde si quis dubi-  
tet, vel querat, quinam sint illi, qui  
appellantur Fratres Minores, videat, qui-  
nam serviant Basilicæ SS. Apostolorum,  
quæ numquam fuit Observantinorum;  
si vero ibi reperiat Conventuales, de  
his sciat locutum Paulum II. cum antono-  
masticè Minores dixit fine appendice.

9. Calistus III. Regimini universalis Ec-  
clesiae Sc. Dat. Romæ apud S. Petrum anno  
1455. II. Kalen. Septemboris, Pontificatus an-  
no primo, & habetur in firmam. par. 2.  
tract. 2. pagina 51. Attentè considerans, quod  
ex captionibus domorum, locorum, & Con-  
ventuum Fratrum Ordinis Minorum hujusma-  
di, ac Monasteriorum Monialium S. Clara  
sub eorumdem Fratrum cura, & administra-  
tione degentium, quæ per nonnullos alios  
Fratres dicti Ordinis de Observantia crebro  
fiebant.

siebant. Hic Pontifex distinguit Franciscanos in duas species, primamquè appellat *Fratrum Ordinis Minorum* hujusmodi; alteram verò sic specificat, per non nullos alios Fratres dicti *Ordinis de Observantia*. Illi Fratres, qui non sunt de Observantia, & sunt prima speciei, appellantur *autonomastice Minores*; nec est, cur respondeatur ante Leonem X. tali nomine appellatum semper fuisse hunc Ordinem, quo continebantur & Conventuales, & Observantini, quia Calistus non confundit, sed distinguit, aliquos vocatos de Observantia ab illis, quos appellat *autonomastice* Fratres *Ordinis Minorum*, & ubi Pontifex distinguit, nos confundere non debemus. Et certè Ordo, à quo auferabantur Moniales, & Conventus Fratrum in Gallia, & Hispania, erat *Ordo Conventualium*, qui adhuc est sine illis Conventibus tunc ablati, & consequenter hic *Ordo Conventualium* *autonomastice* appellatur *Ordo Minorum à Calisto*.

10. Addo Bullam Concistorialem Gregorii IX, cui subscribunt ipse, & Cardinales, extatque originalis Assisi in Archivio Sacri Conventus apud nos Con-

ventuales ; hæc Bulla , cuius initium ,  
Is , qui Ecclesiam &c. Dat. Laterani per ma-  
num Martini S. R. E. Vice-Cancellarii 10.  
Kal. Maji 1230. sic inscribitur , Dilectis  
filiis , Ministro Ordinis Fratrum Minorum ,  
eiusque Fratribus commemorantibus apud Ec-  
clesiam B. Francisci in loco , qui dicitur Cel-  
lis Paradisi , tam præsentibus , quam futuris  
in perpetuum , & hanc Basilicam . quæ  
tunc extruebatur , ut in ipsam transfer-  
reretur Corpus S. Patris , sibi reservans ,  
ac subjiciens privativè quoad omnes a-  
dios , ait , Ecclesiam ipsam sub B. Petri , &  
nostra protectione suscepimus , ut Ecclesia ipsa  
nulli , nisi Romano Pontifici sit subjecta , &  
vestri Ordinis , cuius Institutio , & Pater exti-  
xit Confessor prædictus , caput habeatur , &  
miter , ac in ea per Fratres ejusdem Ordinis  
perpetuò serviatur . 11. Eadem verba sil-  
labatim repetit Clemens IV. in sua Con-  
stit. Is , qui Ecclesiam &c. quæ item habe-  
tur originalis in plumbo Assisii , data Pe-  
rusi per manus Mag. Michaelis S. R. E.  
Vice-Cancellarii 17. Kal. Maji 1266. estquæ  
& ipsa Bulla Concistorialis Hinc autem  
habemus primo illa verba , 12. Vestri  
Ordinis , cuius Institutio , & Pater extitit  
Confessor prædictus ; qui Confessor , nem-  
pe S.

pè S: Franciscus certè non vivebat anno 1517. quando dicuntur instituti Conventuales, sed deceperat anno 1227. & consequenter non instituebat sub Leone X, sed jam instituerat sub Innocentio III. alias Gregorius IX. non fuisset locutus historicè, sed propheticè, & Ecclesiam sibi præsentem, futuris post circa tria sæcula Religionis assignasset. Ait autem secundo idem Pontifex, quod illa Basilica est Caput, & Mater Ordinis, quod & repetit Nicolaus IV. Praeclara Ecce Dat, Reate 2. Idus Maji, Pontificatus anno prima, qui fuit 1288. & habetur originalis Affissi in plumbo; & Bonifacius IX. Præfulgore Ecce. Dat. Romæ apud S. Petrum tertio nonus Octobris, Pontificatus anno quartos quæ cum tribus prædictis habetur originalis in Archivio nostri Sacri Conventus Affissie sis, quod hæc Basilica est rotius Ordinis Minorum lapis fundamantalissimæ, unde cum caput, matrix, & fundatum Ordinis Minoritici ab anno 1230. usque ad annum currentem 1682. extiterit, & existat apud Conventuales, non apparet, quo modo ipsi possint dici incepisse anno 1517. antea verò habuisse, & non fuisse. 13. Addit tertio Gregorius IX

IX hæc alia verba ac in ea per Fratres ejusdem Ordinis perpetuò serviatur; cum igitur Minores ad quos tunc erat sermo, numquam loco cesserint, nec ipsis in illa Basilica alias Ordo umquam sit suffectus, ii, qui modò extant, sunt idem Ordo, qui tunc; nec possunt desuisse Minores abeuntes in Conventuales, vel Observantinos, illorum identitate per Bullam, & possessum continuatum, numquamvè interruptum satiis probata, ex qua constat Conventuales esse illos Minores absolute appellatos in Bulla Gregorii, & non à casu intrusivo Conventualium in Sacrum Conventum Assisiensem, sed à concessione Gregorii positos fuisse Minores absolute dictos, nunc Assisi commorantes cum Corpore Seraphici Patris, qui certè sunt Conventuales.

14. Quod si Parti videantur hæc concedenda, ut potè quæ evenerunt ante Leonem X. contendatquè non sic locutos esse Pontifices, vel Scriptores post Leonem X. adducatur *Constit. 103. Pii IV.* ex *Bullarii magni to. 2. incip. Sedis Apostolice &c. Dat. Romæ 17. Septemb. 1565.* qua confirmat quadam statuta Capituli Genera-

neralis Conventualium', aitque *Conside-*  
*rantes*, quam uberes fructus in Dei Ecclesia  
Sacer Fratrum Minorum Ordo ab ejus insti-  
tutione produxerit; & infra, Dilectum fi-  
lium Antonium de Sapientibus de Augusta e-  
jusdem Ordinis Generalem, & Ministros  
siveque per eosdem Superiores, & quoscum-  
que ejusdem Ordinis Ministros, nunc, &  
pro semper existentes observari, & judica-  
ri debere; cum vero haec Constitutio  
sit mera confirmatio Decretorum Ca-  
pituli Generalis Florentini (cui & in-  
terfuit Sixtus V. tunc Frater Felix Pe-  
rettus Procurator Ordinis) & hoc fue-  
rit Capitulum Conventualium, & sta-  
tuta illa ligent solos Conventuales, &  
sermo sit in Bulla solum cum Conven-  
tualibus, nec unquam in ea sit mentio  
**Observantium**, qui tamen appellantur  
absolutè, & *antonomasticè* Ordo Mino-  
rum, sine adjecto nominis Conventua-  
lium, licet haec emanarit quinquaginta  
circiter annis post Bullas Leonis X &  
consequenter post separationem Obser-  
vantinorum à Communitate Ordinis,  
consequenter patet, quod, & post Leo-  
nem X. qui dicit sic *absolute* *Minores*, di-  
cit solùm *Conventuales*.

15. Hic autem parergon attexo pro dicentibus, Conventuales reassumisse titulum Ministri temporibus Sixti V. confidentes favori Pontificis, assumpti ex Ordine Conventualium; Pontifex enim Pius, qui viginti circiter annis præcessit Pontificatu*m* Sixti, Superiores Conventuales appellat Ministros, ut ex fragmento Constitutionis dato, non obstante Leonina, quæ nūmquam fuit posita in usu.

16. Attexere libet è Scriptoribus P. Octavium Cajetanum Syracusanum è Societate Jesu in Idea operis de vitis Sanctorum Siculorum in indice per Religiosas familias &c. quod & repetit in alphabetico; illuc autem pag. mihi 67. singulis Ordinibus Ecclesiarum Dei assignans Sanctos, ita scribit, Fratrum Minorum Presbyteri, Gandulphus in Polito, Riccardus in Calatagirone, Gerardus Panormi, aliisque è nostris recitatis, subdit, Minorum Observantium Presbyteri, Antonius in Calatagirone, Cherubinus Tauromenii, Joannes Agrigenti, & paulo post subsequendo, ait, ex Ordine Capuccinorum Alphius Sc. nosque Conventuales, qui verè habemus corpora præ-

fatorum BB. Gandulphi , Riccardi ,  
Gerardi &c. appellat absolutè Mino-  
res , aliis Franciscanis addendo distin-  
ctivum. Et nimis longum esset , si  
quas possemus scribentium Auctorum  
myriades , atque chylliades , produ-  
remus.

17. Claudetur itaque sectio recolen-  
do , quod Fratres illi , qui instituti  
admissique ad habitum à S. P. Fran-  
cisco , ipsi convixerunt in Religionis  
exordio , appellati sunt Minores , hoc-  
què nomine sine adjecto , absolutè ,  
& antonomasticè sumptu , multoties  
appellantur hodierni Conventuales à  
Summis Pontificibus , tum ante , tum  
post divisionem Observantinorum ab  
ipsis , ut è Bullis Sixti IV. & Pii IV.  
quibus addenda vox populi ex imme-  
morabili , eaquè communi traditione ,  
& consuetudine obsequente legi ; nam  
Frates , quos Conventuales nunc dixi-  
mus , vulgatissimè in Regionibus Se-  
ptentrionalibus , Germania , Russia ,  
Hungaria , Bohemia , Moravia , Sile-  
sia , Bavaria , Gallo-Belgio appellantur  
antonomasticè Minores , nosquè non  
aliter signamus in missivis epistolis mi-  
siones ,

siones, quam sic, *Coloniam ad Minores*,  
*Agriam ad Minores* &c. Ipsæquè recta  
deferuntur ad Conventuales. In Gal-  
liis nos appellamur modò *Freres Mine-  
urs*, modò *Freres Cordeliers*, uti ab i-  
nitio Religionis vocabamur. In Italia  
paucissimis locis exceptis, & Polonia  
nuncupamur *Franciscani Li Frati di S.  
Francesco*: hæc sunt nōmina Conven-  
tualium: Patres verò Observantini in  
Septentrionalibus, Polonia, &c. à San-  
cto hujus nominis, insigni ipsorum  
propagatore *Patres Bernardini*. In Gal-  
lia appellantur *Freres Observantins*, vel  
*Recolets. Observantes* vel *Recollecti*. In I-  
talia communissimè per lignipedium à  
soccolo sumunt denominationem. Quæ  
velim dicta, non ut ipsos excludam  
ab Ordine Minoritico, cum fatear i-  
psos esse Reformatos Ordinis Mino-  
rum, ac verè inter Minores connume-  
rari, sed ne ex ipsorum inclusione præ-  
tendatur exclusio Conventualium *ex  
principali analogato includendorum.*

## SECTIO SEPTIMA.

Astruitur antiquitas nominis Conven-  
tualium.

## SUMMARIUM.

1. Nomen Conventus in quo sensu antiquum.
2. Usitatum sub Monarchia Romana:
3. Adhuc antiquius, primisque Græcorum temporibus frequentatum;
4. Unde in jus canonicum transisse creditur,
5. Domibusque Regularium adhaesisse:
6. Quomodo inter Minores introductum per Innocentium IV.
7. Testibus iisdem Observantinis Roderico, & Miranda:
8. Nomen tamen fuit concessum ad petitionem Fratrum, ideoque adhaesit,
9. Unde vigebat circa annum 1320. sub Ioanne XXII.
10. Et anno 1354. in Constitutionibus Farnesiis, & antiquius, ex num. 18. & anno 1292. ex publicis tabulis Cortonensis.
11. Si Ecclesiæ afficeret hoc nomen, ab Ecclesiæ Religio denominari potuisset,

12. Cum Religiones ab aliqua sui singularitate denominatas habeamus, ut Rochetinos, Capucinos &c.
13. Imò & ab Ecclesiis sape nomen sortiantur Religiosi,
14. Hoc tamen Minoribus ratione vita collegialis debatum.
15. Nomen etiam Conventualium afficiebat personas ex textu Constituti:
16. Et alio Constitut. Farineria,
17. Quibus personalis denominatio conceditur:
18. Imò talem appellationem personalem viguiss temporibus S. Bonaventuræ anno 1260:
19. Ab ipso enim Capitulo Narbonensi prodierunt Farineria,
20. Ideoquè antiquitus invaluerat hoc nomen;
21. Nec soli aliqui Fratres sic denominabantur potius quam Religio,
22. Quia nomen Religionis, & Religiosorum est idem.
23. Et ea erat pars numerosior, ac potior Ordinis Minorum:
24. Imò & Heremita non carebant hoc nomine ab ea ratione.
25. Minima pars Ordinis Ordini nomen non imponit.

1. Hucusque per negativa processimus, refellendo prætensam hujus nominis recentioritatem; nunc verò positivè incedemus, investigando originem hujus nominis Conventualis, quod à Conventu ortum sumpsisse, id est à conveniendo, non dubitaretur; sed tamen debet assignari, vel quando, vel à quo, vel unde primo prodierit, nobisvè adhæserit.

2. Nomen verò Conventus (non quidem Religionum) tantæ antiquitatis est, quantæ Grammaticis hoc verbum convenire, prout significat congregacionem, coitionem, & simultataneum adventum plurium ad unum locum, vel ad deliberandum de Republica, vel ad judicialia, vel ad mercimonia. In primo sensu fiebant Conventus, Romana Republica dominante, in viridi, vegetoquè legum statu, nam *Gallia Quieta, Gallia in Italiam ad Conventus peragendos proficiscitur, ait Jul. Cæs. de bella Gallic. lib. 5.* In secundo sensu fiebant Conventus in Praefecturis Italiæ, ac potissimum ad Metropoles, in quibus Rectores cum Equitum Romanorum consilio jus dicebant *ex Feste Lib. 3.* In tertio autem sensu nundi-

nundinæ erant Romanis, & statæ aliquæ novendiales, quo mercaturi, & leges accepturi accedebant Oppidani, *Colum.*  
*lib. 11. cap. I. op. Pandulph. Pratei. lex. jur. v.*  
*Conuentus;* ultimas verò reor fortè denominatas à nundino, trinundinis &c. pro ordinatione Consulum designandorum, de quibus eruditissimus P. Ma. Pagius noster Conventualis disert. *Hypat. de Cos.*  
*cap. I. nu. 2.* hoc anno summa litteratorum voluptate publici juris facta.

3. Celebrari autem Conventus antiquissimo tempore cæptum patet ex Amphyctioniis ita denominatis ab Amphyctione Deucalionis filio, qui ad Thermophylas, & Delphos, Summates Jonas, Dolopas, Thessalos, Aemianos, Magnetas, Maleenses, Phthiotas, Dorientes, Phocenses, & Locros ad hos convocabat, ut tradit *Pausan.* *lib. 7. Achæorum,* & *lib. 10. Phocorum.*

4. Hunc verò modum dicendi videtur secutum jus Canonicum Decretal. tit. 3. de rescript. cap. Edoceri &c. ubi Monachos ad deliberandum convenientes appellat *Conventum Monachorum*, scilicet *Collegium consultivum Monachorum*, & hanc *Canonem Innocentius III.* in

tali sensu traditum comprobat Clem. de  
rebus Ecclesiae non alien. 6. cap. Monasterio-  
rum, statuendo, ne Monachus bona Mona-  
sterii alienet, nisi utilitas Monasterii... hoc  
exposeat, Conventus sui, aut si Conventum  
non habeat, Prelati proprii assensu ad hoc  
nihilominus accedente, ubi apposito no-  
mine Monasterii, quo denominantur  
domus Monachorum, constat Conven-  
tum non sumi pro nomine domorum  
Monachalium, eò vel maxime, quod  
dicit, si Conventum non habeat, cum non  
possit carere domo Monachus, cui inheri-  
betur alienare bona domus; unde non  
habere Conventum, & esse solum, &  
sine aliis Monachis in Monasterio, nec  
habere Monachos, qui convenienter con-  
gregati ad consulendum.

5. Cum igitur domus Monachorum,  
qui soli Regulares præexistebant Men-  
dicantibus, appellarentur Monasteria,  
postvenientium Mendicantium Ordinum  
domus nomine carentes, fuere appella-  
tae Conventus, ut optimè advertit insi-  
gnis Canonista, atque Theologus Sacri  
Palatii Magister Ord. Prædicatorum Sil-  
vester v. Conventus, dicens, apud Men-  
dicantes, quorum domus non habent proprium  
nomen,

nomen, sicut domus Monachorum Monasteria, Conventus dicitur propriè locus habitationis eorum, supple, Fratrum mendicantium; & Rodericus Observantinus quæst. Regular. quæst. 4. a tic. 1. Domus Fratrum Mendicantium non habebant nomen proprium sicut domus Monachorum, quæ propriè vocantur Monasteria; Et ideo Mendicantium, Et aliorum Regularium habitationes cuperunt vocari Conventus. . . . quapropter voluit Innocentius, ut domus Fratrum Minorum, Ecce.

6. Ex hac igitur Constitutio septima Innocentii IV. Cum tanquam Ecce. quæ primo tomo Bullarii asséritur data Lugduni nonis Aprilis, Pontificatus anno septimo, qui fuisset annus 1250. quia Innocentius iste fuerat electus Junio anni 1243. sed Uvading. tomo 2. anno 1252. num. 23. hanc Bullam dicit se referre ex veteri regesto, facitque datam Perusii 12. Kalen. Septembris, Pontificatus anno decimo, discrepans in die, anno, loco &c. Quo omissis, reique insiltendo. Hæc Constitutio directa ad Minoras, habet hæc verba: *Vestrīs supplicationibus inclinati, decernimus, ut Ecclesiæ vestræ omnes, ubi Conventus existunt, Conventuales vocentur; ex quo habemus duo nomina nova*

quoad nos, unum, quod ab hoc Pontifice imponitur Ecclesiis nostris, ipsas recensendo inter Ecclesias Conventuales, alterum, quod domibus nostris non dicit se imponere, sed & à jure Canonicō, & à Scriptoribus, circa illa tempora natum esse comperimus, unde ex hoc domus Mendicantium appellantur Conventus. 7. Hæc est scaturigo nostræ antiquitatis quoad nomen Conventualium, quod tunc Minoribus adhæsit ab eo primo Religionis exordio, ut & ex ipsis Observantinis Scriptoribus testatur Rodericus quæst. Regular. to. I. quæst. 4. art. I. in fine, per hæc verba, *Primitiva Fratrum habitacula, loca tantum appellabantur, & tempore Innocentii IV. nomine Conventualitatis sunt insignita;* & post duodecim lineas, *Quapropter voluit Innocentius, ut domus Fratrum Minorum appellarentur Conventus,* quia jam claustra, & ædificia magnifica habebant, à quo Conventuales in nostro Ordine sunt vocati; & to. 3. q. 30. art. 4. citat idem Rodericus, *Fratres Conventuales in Ordine Minorum dicuntur communiter Claustrales simul, & Conventuales . . . . bujus nominis nativitatem in dagantes, invenimus hoc nomen ad petitionem*

Fra-

Fratrum Minorum fuisse ipsis impositum ab Innocentio IV. Papa, ut ex ejus Bulla patet, cuius tenor in hunc modum se habet. Et c. unde secundum Rodericum nomen Conventualium habetur ab Innocentio IV. scilicet ab anno 1250. & Miranda itidem Observantinus in Manual. Praelat. quæst. 12. art. I. conclus. 3. Extat privilegium quoddam Innocentii IV. Et c. ubi concedit praefatis Fratribus Claustralibus, tamquam honorisum quoddam, ut ipsorum domus Conventus nuncupentur. Et c. quod tunc temporis pro magno habuerunt honore, tali scilicet Claustralium, sive Conventualium insigniri nomine; & Eminentiss. Brancatus de Laurea epitom. Canon. v. Fratrum Minorum reformatio, Et divisio, ait, Qui à Communitate Ordinis se dividunt, Reformati, seu Observantes dicuntur..... alii autem Fratres remanent sub communitate Religionis cum titulo Minorum, seu Conventualium; & v. Fratres Minores Conventuales, nomen Conventualium juxta Constitutio Innocentii IV. Cum tamquam

8. Legentium verò animadversionem non demeretur inspectio, quam subiecto, quod scilicet hæc Constitutio 7. Innocentii IV. non est proprius motus, sed est concessio ad petitionem Fratrum Mino-

Minorum, ut patet ex verbis Constitutionis, Hinc est igitur, quod vestris supplicationibus inclinati, praesentium auctoritate decernimus, ut Ecclesiae &c. unde verisimile non est, quod qui Minores hoc nomen petierint, ipso non sint usi temporibus Innocentii IV. & sequentibus annis, licet de talis nominis usu non extaret memoria, quia si non scribuntur omnia quae sunt, quis scribet omnia quae dicuntur? Non enim ex hoc, quod nomen uxorius Cain retinuerint sacra Biblia (ut lepidè Gabriel Faber Parisiensis Procurator Generalis Conventualium in suo Speculo) dicemus, quod uxor Cain suo nomine proprio caruerit more Atlantidarum Plinii: Idem diceret de nominibus uxorum Sem, Japhet, Aod, Issachar, aliorumq; in sacra Scriptura illustrium propagatorum.

9. Post septuaginta tamen annos incidens in nomen Conventualium, natum sub Innocentio IV. & repetitum sub Joanne XXII. asseram & intermedio tempore viguisse. Et quidem Alvarus Pelagius Episcopus Silvensis, e Minoribus assumptus, de planctu Ecclesie lib. I. cap. 36, ait, Petrum de Corbaria, quem cognoscere

cognovi in virum hypocritam, cum Conven-tualis essem ibi Romæ in Aræcæli decimantem mentam, & anetum; quæ verba hunc mihi sensum faciunt, Ego nunc Episcopus Silvensis, tunc eram Religiosus Minor Con-ventualis in Conventu Aræcæli, ibique cognovi Petrum Sc. nam tunc, & usque ad Eugenium IV. Conventuales permane-bant ad Aramcæli; sicquè secundum meum sensum Alvarus, qui discipulus Scotti, Antagonista Okami, & Joannis XXII. Pœnitentiarius floruit circa an-num 1320. suo tempore confirmat fuisse in usu hoc nomen Conventionalium, qui-cumquè etiam sit sensus datæ periodi, sufficiatquè intento, quod nomen Con-ventualis, applicatum Fratri Minori tunc foret in usu, vel dicat nomen Religio-nis, vel conviventiam in tali Conventu,

10. Adhuc ejusdem nominis Conven-tualium reperiemus usum continuari an-nis 34. post Alvarum, nam anno 1354. habito Generali Capitulo Assisi, Gene-rali Gulielmo Farinerio, editisquè Con-stitutionibus, quæ à cognomine Gene-ralis nomen sunt auspicatæ, in ipsis eo-dem anno Capituli 1354. editis habentur hæc verba, In locis Conventionalibus infra  
septem

*septem dies, in non Conventualibus infra tres ad plus suum officium exequantur Visitatores, & hunc eumdem textum recipit, ac refert Uvadingus Observantinus to. 2. anno 1252. ne 23. unde in utroque sensu habetur usus nominis, personalis scilicet, & localis, cum in textu Alvari afficiat personas, in textu Constitutionis Farineriae afficiat loca. Sed & personas, ac Religionem afficiens hoc nomen occurrit penes Tabelliones saeculares a quibus Minores antiquitus vocantur Conventuales, quod habeo ex rogitu quodam (cujus transumptum a Patre Magistro Joanne Baptista Philippo de Lutis nostro Conventuali Senensi Concionatore laudando transmissum conservo) quo Uguvio Olilandi quondam Pipi Uguvionis Petrus Civis Cortonensis. Notarius, Cortonæ anno 1392. indict. 15. die 25. Nov. Bonifacio IX. Pontifice, & Wenceslao Bohemorum Rege Imperatore, in publicas tabulas refert concessiōnem Oratorii Sancti Basili in favorem Minorum, qui certè erant antiquus Ordo, nempè Conventualium, quia teste Haroldo epit. annal. sub anno 1399. loquente de fundatione Conventus Fesulanus nullus*

nullus Observantiæ locus fundationi Fesulanæ præcesserat in Tuscia, nam primus hic fuit Conventus (nempè Fesulanus) Observantiæ in Tuscia constructus scilicet anno 1399. idest septem annis post concessionem secundi Conventus Cortonensis, de quo nunc est sermo Unguvionis. Redditus igitur præfati Oratorii S. Basilii applicando Monialibus cum conditione alicujus eleemosynæ pro Fratribus, & Instrumentum illud publicum habet hæc verba: *Sorores dicti Monasterii.... providere dignentur, & debeat perpetuo de victu, & vestitu in eorum necessitatibus Fratribus Conventualibus dicti Ordinis in dicta Ecclesia &c.* Agens vero de translatione jurium Communis Civitatis Cortonæ, ait, *Tradentes, concedentes, & committentes dicto Ordini Fratrum Minorum Conventualium, in hac parte totaliter omnes eorum, & dicti Communis, & Populi, & Civium Civitatis Cortonæ, in prædictis, & quolibet prædictorum vices, & voces &c. supplicantes Venerabili Religioso Fr. Merigo Martini de Massa Ordinis Minorum dignissimo Magistro Provinciali Ministro dicti Ordinis in hac Provincia Tuscia, & in dicto consilio personaliter constituto, quatenus ipse, & di-*

Et dictus Ordo dignetur p̄dicta acceptare.  
Ex quo manifestissimè apparet, quod &  
in secundo Religionis s̄culo modò Mi-  
nores, modò Conventuales, modò Mi-  
nores Conventuales appellabamur, &  
continuabatur usus nominis ab Innocen-  
tiana desumpti sub anno 1250. vel à vi-  
ta Conventuali, collegialiter conviven-  
tiū, cœnobitico, non heremitico more.

II. Si cuipiam autem videatur Constitu-  
tio Innocentiana mērē Ecclesias affice-  
re, nullo autem modo personas, sicque  
**Conventualitas** cadere omnino extra Fra-  
tres. Fortè pro qua maluerit significa-  
tione, & ipsi stabimus, dabimusque pro-  
positionem sic arguenti. At non erit si-  
ne exemplo rei historicæ gnaro, quod  
aliqua Religio ab una sua peculiaritate,  
vel singularitate in aliquo insigni loco,  
topicam denominationem assumat, unde  
& Minores, qui primi inter Regularēs  
suis domibus nomen **Conventus**, & pri-  
mi inter Mendicantes suis Ecclesiis no-  
men **Conventualis** obtinuerunt, ab hac  
singularitate nominis c̄perint vocitari  
**Conventuales**. Religionem etenim ab  
aliquo suo insigni loco *nomen* sortiri per-  
quam familiare dignoscitur; nam Bene-

dicti-

dictini, Cassinenses vocantur à Monte Cassino, ubi Congregatio cæpit; Chartusiani à Montibus Chartusii Diœc. Gratianopol. ubi sunt fundati, nomen reportavere; Præmonstratenses à Deserto Præmonstrati Diœcesis Laudunen. in Gallia, ubi ipsorum origo à S. Norberto, appellationem retinuere; Accessit Cisterciensibus, Clunniacensibus, Vallumbrosanis, Olivetanis, Camaldulensisbus denominatio à locis, respectively, Cistercii, Clunnii, Vallisumbrosæ, Montis Oliveti, Camalduli. Quid igitur mali, vel novi, si à nomine Conventualitatis inditæ loco fuissent denominati Minores? Quid si Observantinis separatis à Communitate Ordinis, hæc suum antiquius nomen retinuit?

12. Et non solùm ex hoc capite, sed & à quacumque sui singularitate nomen aliquando sortiuntur Religiones. Doctestes primo Canonicos Regulares, vulgo Italico *Rocchettini* à singularitate Rocchetti, quo soli assiduè vestiuntur; Deinde Cassinenses, qui Monachi nigri antonomasticè appellantur à colore, quo soli in totum, inter Monachos Occidentales, domi, forisquè utuntur; Imò &

Capuccinos , hoc Italici idiomatis diminutivo cognominatos ab imminutione , & parvitate acuminis in angulo cappuccii extremo . Unde & Minores notati hac novitate , & singularitate tituli , forte & irrisi à Parochis , quibus hoc statutum erat odiosum , ac forte videbatur arridenda concessio Conventualitatis pro humilibus , ac nullius redditus Ecclesiolis Minorum , potuerunt & ab Ironia Parochorum nomen hoc suscepisse .

13. Dato autem , quod solis Ecclesiis Minorum nomen Conventionalium fuisse impositum , essentne soli Minores inter Regulares , quorum Religio ab aliqua Ecclesiæ singularitate denominaretur ? Non considerentur particulares Ecclesiæ in Civitatibus , à quibus adnexi , Conventus , ac Religiosi ; nomina vulgo referunt , ut hic Romæ PP. Minervæ , Trasponentinæ S. Marcelli , SS. Apostolorum &c. qui sic denominantur à titulo Ecclesiæ : Considerandi tamen obvenient Canonici illi Regulares , Lateranenses appellati à Basilica Laterana , quæ ipsorum servitute colebatur , durarunt quæ in ea usque ad tempora Eugenii IV. Quondam Canonici Seculares Beati Laurentii

rentii Justiniani (recenter suppressi) quorum Religioni dederat nomen Ecclesia S. Georgii in Alega in Aestuario Veneto, unde Canonici S. Georgii vocabantur; Clerici illi Regulares, qui & Barnabitæ appellati, à titulo Ecclesiæ, Quam primam Mediolani Religio obtinuit, nomenclaturam derivarunt. Ad hæc qui adverterit, non mirabitur audiens à suis Ecclesiis nomen Conventualium defumere potuisse Minorès, qui Primi, & soli inter Mendicantes, ut patet ex Bullæ inscripione, primis illis temporibus (nondum factis privilegiorum communicationibus) suis Ecclesiis nomen Conventualis obtinuerant, domosquæ incolebant nomine Conventus decoratas.

14. Adhuc addendum videtur, nomen Conventualium nobis debitum fuisse ratione instituti; è Minoribus enim alii sunt instituti in vita Conventuali, alii in vita heremitica, alii scilicet activæ, alii contemplativæ vitæ vacantes, ab initio suæ institutionis, aliquæ mixtæ, PP. quidem Observantini, Pauluccio Trincio ducente, in Brulliani heremitoriam secessere, hincquæ ad alia unde.

cim loca jam deserta , Montis Luci , Jani &c. sub Generalibus Friniano , & Giffonensi , fueruntque ab initio heremiti ci instituti : PP. item Cappuccini , fundatoribus Matthæo de Bascio , ac Ludovicō Forosemproniensi , in solitudine meditantibus , heremitico instituto ab initio nomen dedere . Conventuales vero à prima die suæ institutionis duxere vitam Conventualem , seu Cœnobiticam in loco Rivi torti , ubi duodecim illi sanctissimi homines , primi S. Patriarchæ alumni convivebant in primo illo Minorum Conventu , ideoquæ ex instituto vitam Conventualem trahentes , verè fuerunt , debueruntque dici Conventuales , quod idem sonat , ac convenientes , seu collegialiter viventes in sancta spiritus unione , & vinculo charitatis , ut & patet ex Eminentiss. de Luca adducto sect. 2. Et licet inde ad Subasium B. Aegidius , aliquæ aliò diverterent in solitudinem , semper tamen alii in Conventibus remanebant , semperque conservabatur Conventualitas , seu Collegialitas , si ita liceat appellare cohabitationem . Et in hoc sensu non implicat locus Constitutionis Farineriæ memoria tæ , qua

tz quæ Heremitoria à Conventibus distingueret.

15. Sed planè, inspicienti modum dicendi in textibus adductis, & adducendis, constat nomen Conventualis affectisse etiam personas, & à primæva Religionis ætate viguisse in Minoribus hoc nomen. Legantur Constitutiones Ordinis antiquæ, & præsertim editæ à Ministro Generali Gerardo Odonio Aquitano è Capitulo Generali celebrato Caturci 1337. quasi legisse noluit Uaddingus, quia Farineriis antiquiores, cum dixit solum in Farineriis eum locum habuisse de Visitatoribus hic relatum, in quo esset mentio nominis Conventualium. Constitutiones igitur Gerardii Generalis confirmatæ à Benedicto XII. per suam incipien. Redemptor noster Sc. Dat. Avenion. iv. Kalen. Septembris, Pontificatus anno secundo; & eidem Bullæ insertæ, de electione Custodum, & Guardianorum cap. 20. habent hæc verba syllabatim transcripta, Guardiani in singulis locis Conventualibus dicti Ordinis elegantur per Conventus eorundem locorum, nec in ihusmodi electione vocem habeant Fratres alii non Conventuales, licet morentur ibidem.

Hæc Bullæ Benedicti XII. cum Constit. insertis habetur in Chronol. Seraph. P. Michaelis. Angeli de Neapoli. t. I. Capitulo Generali. xxii.

16. Et etiam in Constitut. Farineriis cap. 9. de electione Ministrorum &c. habetur aliis textus, quem præterire placuit Uvadingo, ne nomen Conventualium personas afficiens inspicere nolenti objiceretur, sic autem ait cap. 9. Si vero Guardianum non Conventualem mori contigerit Sc. locum autem non Conventualem dicimus ubi duodecim Fratres, Sc. supra, pro maiore parte anni non possunt debitè commorari, restringendo ad loca Fratrum duodecim Conventualitatem, quam &c ad loca sex Fratrum extendebant citatæ Constit. Gerardi sub Benedicto XII. quod addo, ut innotescat quænam loca dicerentur Conventualia, haberent Ecclesiam, ac distinguerentur ab Heremitoriiis.

17. Cum igitur Alvarus de Pelagia hic num. 9. se ipsum appellat Conventualem in Aracæli; per Constitutiones Benedicti XII. soli Fratres Conventuales habeant jus suffragii ab anno 1337. & juxta ipsas Constitutiones Farinerias anni 1354. cit. hic nu. 10. & 16. dentur Guardiani Conventua-

Ies, & consequenter Gvardiani non Con-  
ventuales, & tum Fratres, tum Gvar-  
diani sint personæ, quæ denominantur,  
seu afficiuntur ab hac denominatione  
Conventualitatis, quæ ad ipsos imme-  
diatè refertur, seu de ipsis prædicatur  
( ut logicaliter loquamur ) nemo inficia-  
bitur id quod pro comperto habetur,  
nempe Minores in primo saeculo Religio-  
nis appellatos fuisse Conventuales, cum  
talis appellatio, seu denominatio repe-  
riatur applicata Minoribus in ipsorum  
Constitutionibus, & ab ejusdem Ordinis  
Scriptoribus. Et ut hæc clarius inno-  
tescant.

18. Addam, Constitutiones, quas à  
Generalis cognomine Farinerias vocita-  
runt, prodūsse quidem anno 1354. sub  
hoc nomine, eo tamen anno non fuisse  
conditas, seu primo datas Ordini, sed  
eas esse Constitutiones S. Bonaventuræ,  
qui quando Generalis præterat Ordini,  
has tulerat leges cum Capit. generali  
Narbonæ celebrato anno 1260. constitu-  
tiones antiquas in novam formam redi-  
gens, novisquè quibusdam additis statu-  
tis, ut & præfata testatur Chronol. Capit.  
generali xii. anno 1260. Scilicet earumquæ hæ-

fuerunt vicissitudines. Ipsas primò in Capitulo prædicto cum gravioribus Patribus sanctissimus Generalis condidit Narbone tanta maturitate, adeoque discreto, ac prudenti zelo, ut licet in aliquibus tepeſcente aliquando fervore, vel novæ inducerentur leges, vel priscæ inobſervantia antiquarentur, nullæ tamen revixerint frequentius, atque diutiū quām præfatæ Narbonenses, cùm nîl ſaniūs, nîl rectius post diversarum experimenta nanciferentur Patres. Primò igitur confirmatæ fuerunt Constitutiones Narbonenses S. Bonaventuræ in generali Capitulo Assisiensi 1279. à Generali Bonagratia de S. Joanne Bononensium. Iterum ibidem alio in Capitulo generali anno 1316. sub Generalatu Michaelis Cæſenatis. Inductas interim alias à Generali Odonio sub Benedicto XII. jam præcitas, per tertiam Narbonensium confirmationem, aboluerunt Patres, in alio Capitulo generali Marsiliæ celebrato anno 1346. cum Generalis electus est Fortanerius Vassallus, postea Archiepiscopus Ravennas, dehinc Patriarcha Graden. ac tandem Cardinalis. Denuò easdem confirmavit Capitulum Assisiens. anno 1354  
inſtit.

institutquè nervosè Generalis Gulielmus Farinerius ipsarum Observantiaz, unde ipso publicante, & urgente, Constitutiones ipsæ appellatæ sunt Farineriaz. Anno autem 1430. in generali itidem Capitulo Assisiens. sub Martino V. editæ sunt Constitutiones Martinianæ à B. Joanne de Capistrano ordinatæ, cuperunt què exolescere Narbonenses, quas postremò Patres de Observantia in Statuta Barcinonensis, & Vallisoletana collegere, nuncquè apud ipsos vocantur Constitutiones generales antiquæ, ex Uvading. tomo 2. anno 1260. num. II.

19. Farineriaz igitur appellatæ sunt Constitutiones, quas Farinerius non condidit, nam ut ait Haroldus to. I. anno 1354. num. 4. Farineriae dictæ sunt, licet ipse suum nihil fermè posuerit, & Michael Angel. Neapolitanus in Chronolog. Seraph. sub Capitulo generali XXIV. anno 1354. ait, Statuta Gulielmi Farinerii vocantur, quamvis in eis de se nihil posuerit. Unde quicquid legis Constitutiones Farineriaz ferant, non anno 1354. est scriptum, sed anno 1260 à S. Bonaventura in Capitulo Narbonensi, nempè Religionis primo sèculo nondum completo, & primo decennio post

eam Constitutionem Innocentii IV. Cum  
tanquam Sc. cit. hic sect. 7. num. 6. quæ  
emanaverat anno 1250. nobisquè nomen  
Conventualium dederat.

20. Quo stante, evidentissimè patet  
de antiquitate nominis Conventualis,  
cum etenim Farineriæ cap. 2. Conventua-  
lem appellant Guardianum Conventūs  
formati, illæquè Constitutiones fuerint  
primo editæ anno 1260. jam. constat,  
quod anno 1260. ( scilicet in principio  
Religionis, quæ vix quinquagesimum  
excesserat annum ) obtinuerat usus, ut  
nomine Conventualium aliqui vocaren-  
tur, atque invaluerat concessio Constitu-  
tionis Innocentii IV. unde ante an-  
num 1354. concedendum sit à Uvadingo  
auditum fuisse nomen Conventualium  
afficiens personas, ut potè prolatum, &  
scriptum à S. Bonaventura in suis Con-  
stitut. Narbonensisibus, quas deinde alio  
nomine à nupero publicatore denomi-  
nabant.

21. Quod si Fratres illos sic nuncupa-  
tos, non à nomine Religionis, sed à no-  
mine loci cui præterant, vel in quo mor-  
abantur, quis putaret, & ex dictis so-  
luit evinci, quod Fratres Minores ap-  
pella-

pellarentur Conventuales, vel quia Gvardiani in loco Conventuali, vel quia commorantes in loco Conventuali, ratione cuius permanentiaz habebant vorum in electione Gvardiani, juxta Constitutiones Odonias. *cit. h[ab]it. n[on] u[er]o. 15.* non tamen ex denominatione Fratrum illorum sequi, quod Religio tota appellaretur Conventualis ab hoc nomine quorundam.

22. Fata bor hebetudinem ingenii, quod intelligere nequeam, alio nomine Fratres, alio Religionem vocari: Si enim illi Patres vocentur Carmelitaz, certe ipsorum Religio dicetur Carmelitana: si alii appelletur Augustiniani, certe ipsum Ordo Augustinianus vocabitur; unde si nos vocabamus Conventuales nostra vocabatur Religio Conventualis.

23. Eoquè magis id erit concedendum, quo major pars Minorum vivebat conuentualiter extra heremitoria; nam ex jam relatis textibus constitutionum, quæcunque domus Minorum, in qua degarent vel sex Fratres juxta constitutiones Odonias, vel duodecim juxta Farinerias, vocabatur domus Conventualis, & Conventuales in illa domo vocabantur quicunque in ipsa de familia permanerent,

rent, ex quo patet quod loca Fratrum numerosiora, ea in quibus essent studia, majorquè familia, Fratres in ipsis permanentes, & collegialiter viventes denominabant Conventuales, & hi erant vel tota Religio, vel certè maxima pars Religionis, cum præter istos, pauculi tantum illi superessent, qui in Heremitoriiis degebant, & Heremitoria comparata Conventibus habentibus Ecclesias erant nimium quid in tota Religione, præsertim, cum extra Italiam non legamus ante Observantiaz ortum multis Heremitoriiis abundasse nostrates.

24. Quod si perpaucos Heremicolas, ratione habitationis Conventuales non denominari contingeret, tunc cum heremiticam vitam agerent, quia tamen ad Heremum non dimittebantur nisi viri provectæ perfectionis, & ætatis (ut patet de S. Antonio Patavino) hiquæ postquam per aliquod tempus orationi, contemplationibus, ac solitudinibus vacassent, ad loca conventualia revertebantur, consequenter etiam ipsi, priusquam ad Heremum processissent nomine Conventualium fuerant vocati, & post regressum ad loca conventualia, iterum

Con-

Conventuales vocabantur, ideoquè denominationem sumendo à majori parte temporis qua uno, vel altero nomine appellarentur, vocandi sunt Conventuales, quia usque ad maturam ætatem Conventuales fuerant, & post menses, vel annum solitudinis, iterum revertabantur ad Conventus, erantquè Conventuales.

25. Nec aliquandiu ad Heremitoria secedentes etiam si tempore talis recessus fuissent non Conventuales, obstarent denominationi Conventualium desumendæ à majori parte Fratrum, quæ erat permanentium in Conventibus, sicuti, ex hoc quod v. gr. in Religione Prædicatorum, Laici, seu Conversi non prædicens, quia ipsi sunt minor pars, non sequitur quod Religio, non debeat appellari Religio Prædicatorum.

26. Regula autem, & institutio Ordinis Minorum, nunquam loquuntur, vel præcipiunt de vita heremitica, unde si ex supererogatione aliqui solitudinem quererent ad tempus, ex hoc non mutabatur institutum, vel nomen Religionis.

## SECTIO OCTAVA.

Ex dictis, cæteros primos Ordines Mendicantium appellari Conventuales non incongruit.

## SUMMARIUM.

1. Nimiètatis redargutio,
2. Alias Religiones matrices posse dici Conventuales.
3. Imò sic appellatas iu Bulla Sixti IV. Dum singulos &c.

1. **N**imiètatis arguor in probando, quod rationes, & congruentiae jam adductæ probent, non solum Minoribus, sed & alios antiquiores Ordines Mendicantium debere vocari Conventuales, unde Minoribus à Conventualitate non habeant constitutivum, quia distinctivum ab ipsa non sortiuntur.

2. Verum si allata perpendantur, non omnibus omnia sunt facta: Constitutio enim Innocentii est pro solis Minoribus, licet motiva Constitutionis possint esse pro omnibus Mendicantibus, & Conventualium inter Minoribus, nomen, & di-

& distinctionem investigantes, hæc quæ-  
rimus tantummodo in Ordine ad PP.  
*Observantinos*, disputantes, an, per quid,  
& quando orta sit inter nos distinctio,  
cum à cæteris aliunde distinguamur.  
Quod si eadem indago sit habenda de PP.  
Dominicanis, Augustinianis, & Carme-  
litis in stipite, prout cadere possit di-  
stinctio inter has antiquiores Religiones,  
& ipsarum supervenientes recollectio-  
nes, seu reformationes; antiquæ illæ Re-  
ligiones primi ævi non abhorrebunt  
(puto) à nomine Conventualitatis, in  
quo potius gloriabuntur, tamquam in ca-  
ractere stipitis suæ regularis familiæ,  
cum intantum ipsi frequenter non utan-  
tur hoc nomine, in quantum ipso non  
indigent ad distinctionem ab aliis mili-  
tantibus sub sua regula, quia aliunde di-  
stingvuntur; & hac eadem ratione anti-  
qui Minores raro utebantur nomine Con-  
ventualis, quia ante tempora Fratris Pau-  
li Trincii, nondum nata Observantia,  
terra Minoritica erat unius labii, nec  
dum inducto novo *Observantorum* no-  
mine; ast cum adolevit Observantia,  
frequentiùs hoc distinctivo uti cæperunt,  
quod & Summi Pontifices præstitere in  
suis

suis Constitutionibus. Nullum igitur inconveniens, quod prædicti Patres appellantur Conventuales; nec unquam nos eo collimavimus, ut punctum hoc firma-retur, quod nos soli in Ecclesia Dei simus Conventuales, sed quod nos soli inter Minores, Conventuales simus, & quod nomen Conventionalium sit antiquum, nec inductum à Leone X.

3. Imò Patres jam dictos esse, & appellari Conventuales, quando opus sit, habemus, & à Pontificiis litteris, nam Sixtus IV. *Dñm singulos Regulares &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno 1475. Kal. Maji* Pontificatus anno quarto; & habetur in lib. Monum. Ord. Min. tract. I. process. fol. mihi 195. approbando Bullam Pauli II. & sub excommunicationis pœna inhibendo occupationes domorum Religionum Conventionalium, dat hæc verba: *Post nostram ad summi Apostolatus apicem assumptionem, & dilectorum Filiorum, Fratrum Prædicatorum, Minorum, & Heremitarum S. Augustini, & B. M. V. de Monte Carmelo Ordinum Generalibus Magistris, Ministro, & Prioribus,* qui pro tempore fuerunt, & aliorum dictorum Ordinum professorum relatione, non sine querela accepimus, quod Laici in diversis Mun-

di par-

## SECTIO VIII.

101

di partibus constituti , propriis incumbentes  
affectibus , dum Magistri , & Ministri , &  
Priores ipsi tam Generales , quam Provincia-  
les , & domorum eorumdem Ordinum Custo-  
des , Gwardiani , & Fratres Conventuales nun-  
cupati , dictarum domorum jura prosequuntur  
&c. subjungit vero inferius : tot malis ,  
quot Praedicatorum , Minorum , Heremitarum  
S. Augustini , Carmelitarum , S. Mariae , Or-  
dinum Mendicantium professores predicti ,  
Conventuales nuncupati , quorum scientia , &  
doctrina militans Ecclesia continua suscipit in-  
crementa ; declaratque non licere Laicis  
se ingerere , vel occupare bona eorum-  
dem Fratrum quatuor Ordinum Mendi-  
cantium , etiamsi domus ipsae ad Fratres di-  
ctorum Ordinum , de Observantia nuncupa-  
tos , perveniant . Unde videmus , quod  
jam e praefatis Ordinibus Mendicantium  
Prodierant Reformati , occupantes Con-  
ventus praefatorum Ordinum non refor-  
matorum , & Pontifex Fratres antiquæ ,  
non reformatæ Religionis appellat Frá-  
tres Conventuales , Fratres vero nova-  
rum Reformationum emergentium ab  
illis , appellat Fratres de Observantia ;  
sicquè matreibus cunctis Religionibus  
antiquis dat nomen Conventualium ,

filialibus vero nomen Observantie; & fortè etiam ex hoc, quod plerque reformationes à vita eremitica inceperint (ut innuebamus) non reformati autem collegialiter vivebant vita cœnobitica, seu Conventuali.

## SECTIO NONA.

Non sunt duo genera Conventualium inter Minores, sed hodierni sunt iidem, ac Conventuales Innocentii IV.

## SUMMARIUM.

1. *An Conventualitas consistat in mitigatione paupertatis, unde duo genera Conventualium.*
2. *Quod rejicitur ex historicè dictis.*
3. *Et si admittatur, non probat bissarium Minorismum, quia paupertas fuit mitigata anno 1265.*
4. *Ad petitionem Religionis,*
5. *Imò Generalis Ministri, qui erat vir bonus, nempè S. Bonaventura, postea Cardinalis.*

6. Et alia mitigatio statim advenit anno 1281 à Martino IV.
7. Successivè & altera à Joanne XXII. anno 1325.
8. Ampliorquè à Martino V. anno 1430.
9. Confirmatæ ab Eugenio IV. anno 1432.
10. Unde ante Leonem X. constat Minorès Conventuales extitisse, & professos esse paupertatem mitigatam est certum.
11. Quod & Scriptores de Observantia fatentur, in primisque Alvarus de Palagia,
12. Et Memoriale Ordinis Minorum,
13. Ac Uvadingus,
14. Miranda,
15. Rodericus,
16. Gonzaga classici Observantiae Scriptores,
17. Quibus identitas Conventualium statuitur.

I. **H**ic modus dicendi, quo Sixtus IV. utebatur in modo allegata Bulla. *Dum singulos &c.* fortè aliquibus est occasio luspicandi, quod cum à Pontifice appellentur Conventuales illi quatuor Ordines, qui anno 1475. quo data est Bulla, possidebant stabilia, Conventualitas consistat in professione paupertatis mitigata, unde inter Mendicantes illa Religio debeat appellari Conventualis, cu-

jus paupertas est mitigata, illa vero non Conventualis, cuius non est mitigata paupertas. Si vero haec expositio valeat, corruit, non solum antiquioritas, sed & antiquitas Minorum Conventualium, quia isti nunc quidem vovent paupertatem mitigatam, sed Conventuales illi sic appellati ab Innocentio IV. qui quo tunc in sua puritate strictissimae paupertatis ex oriente Religione vivebant ad annum 1250. illi inquam Conventuales Innocentii IV. non possidebant, ideo quæ erant Conventuales alterius rationis, ac generis à Conventionalibus hodiernis, uti posset aliquibus videri.

2. Sed toto cœlo aberraret!, qui bicipitem hanc Conventualitatem chimericam somniaret inter Minores; tum quia satis jam est ostensum sectionibus secunda, tertia, quarta, &c. antiquioritas Conventionalium ipsis debita alio titulo; tum quia à tempore, quo per Fratrem Pauluccium inceperunt Observantini, constat antiquioritas; tum etiam quia Pontificiis Bullis est firmatum, quod antiqui Minores, vel Minores antonomastiæ dicti, sint hodierni Conventuales; tum tandem, quia afferentis est probare af-

re assertum, deberetque qui sic opinatur, probare, quod haec nomina, Conventualis, & dispensatus, seu possidens, vel possessor sint idem, quod facile Grammatici, & Juristæ non admittent.

3. Sed haec dicta pro non dictis reputando. Valeat expositio, quam ex abundantia nostrarum rationum volumus admittere. Quid inde? Si duo genera Conventualium deberent inter se distingui, per mitigatam, & non mitigatam paupertatem, certè unicum genus Conventualium debebit assignari, quia etiam pro Conventualibus ab Innocent. IV. fuit temperatus rigor paupertatis, nam elapsis vix quinquaginta annis ab Ordinis Institutione capisse mitigari pro Minoribus aperte comprobat Clemens IV. Constit. 1. Obtenu Divini Numinis &c. Dat. Perusi 2. idus Februarii, Pontificatus anno primo, qui fuit annus 1265. nempe annus Religionis quinquagesimus octavus; & haec Constitutio habetur in tomo I. Bullarii magni; dirigitur autem Constitutio ad Prædicatores, & Minores, aitque. Pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, quod &c. Nos

itaquæ vestris petitionibus benignius atten-  
dentes, auctoritate Apostolica declaramus,  
quod vos in temporalibus bonis, in quibus  
succederetis in seculo existentes, licet possitis  
succedere, Et bonorum ipsorum possessionem  
apprehendere. 5c. 4. Duo autem obveni-  
unt valde notabilia in hac prima miti-  
gatione paupertatis, scilicet, quod ad  
petitionem ipsorum Fratrum emanave-  
rit Constitutio, ut patet ex ipsius ver-  
bis, *Pro parte vestra fuit nobis humiliter  
supplicatum;* unde illi primi Minores per-  
fectissimi Religiosi, hanc mitigationem  
petendo, ostenderint dispensationes non  
esse nostri sæculi tempore, sed oriri à  
tam urgentibus causis, ut & animum vi-  
rorum sanctorum possint movere.

5. Aliud verò huic affine observan-  
dum est, quod anno 1265. quo Consti-  
tutio emanavit, ipsam pro Religione  
petebat Generalis, eratquè tunc Gene-  
ralis sanctior homo, qui post Sanctum  
Franciscum Religioni præfuerit; Annus  
enim 1265. fuit annus nonus Generala-  
tus S. Bonaventuræ. Ex libro namquæ,  
cui titulus *Memoriale Ordinis,* habemus,  
quod S. Bonaventura fuit electus Gene-  
ralis anno 1256. qui fuit annus secundus  
Ale-

Alexandri IV. & permanxit in officio per annos octodecim, unde per ipsius assumptionem ad Cardinalatum, vacante Generalatu, anno 1274. fuit electus Generalis successor, Frater Hieronymus ab Asculo, successitque Cardinali Exnerali, Generalis futurus Pontifex. Cum igitur primus Generalis, qui paupertatem mitigari rogavit, fuerit ille sanctissimus vir Bonaventura, haec non improbabitur in Minoribus, nisi improbetur S. Generalis mitigator; credeturque sancta, & justa mitigatio, quam petiit Vir adeo sanctus, & justus, ut ob sanctitatem, & justitiam inter Divos fuerit relatius. Ex hoc igitur habemus primam paupertatis mitigationem ab anno 1256. temporibus Innocentii IV. valde contiguis.

6. Paulo post alia mitigatione advenit, cum 1281. electus Summus Pontifex Martinus IV. concessit, Bona legata ex hereditate ab intestato, vel aliunde provenientia, administrari per Sindicos, eligendos a Ministris, Generali. utl Provincialibus, ipsisque Sindicis, seu Procuratoribus secularibus, Ordini concessis, posse uti remediis iuris, agendo in heredes, vel quoscumque mo-

*rosos in solvendo, vel implendo legata in favorem Fratrum Minorum.* Et hic est sensus Bullæ, quem prolixius adhuc recitat Sixtus IV. ipsum inserens sue Bullæ,  
*Dum uberes fructus &c. quam modò citabimus in hac sectione nona, cum Bulla Martini ad meas manus non pervenerit.*

7. Ad idem collimat Joannes XXII. in sua Extrav. *Quia quorumdam &c. de verb. signif. 6, quæ potest videri in corpore juris canonici.*

8. Multo adhuc ampliori mitigatione processum est ad ulteriora in mitiganda paupertate Minorum à Martino V. per ipsius Constit. *Ad statum Fratrum Ordinis Minorum &c. Dat. Romæ apud SS. Apostolos 10. Kal. Septembbris, Pontificatus anno decimotertio; qui incidit in annum Christi 1430. & hæc Constitutio habetur in Firmiss. trium Ord. tract. I. par. 2. fol. mihi 64 cuius hæc sunt verba: Nos volentes Conventuum, locorum, & Fratrum hujusmodi opportunitatibus providere .... concedendi Procuratoribus Conventuum, & locorum dicti Ordinis pro tempore existentibus, ut possessiones, & bona quæcumque mobilia, & immobilia, ac annuos proventus, hactenus præfato*

præfato Ordini, & ejus Conventibus relicta,  
 & in posterum relinquenda &c. capere, re-  
 cipere, tenere, & possidere, ac ipsorum fru-  
 ctus, redditus, & proventus petere, exigere,  
 & percipere, illosque in commodum, & uti-  
 litatem Fratrum ipsorum, Conventuum, &  
 locorum &c. convertere, & exponere &c.  
 & cum loquatur non solum de stabilibus  
 futuris, & relinquendis, sed & de relictis,  
 & in præterito jam legatis, ut ex illis  
 verbis, hactenus præfato Ordini, & ejus  
 Conventibus, relicta, manifestè apparet,  
 quod jam ante annum 1430. Minores pos-  
 sidebant stabilia, fructusque annuos per-  
 cipiebant.

9. Confirmavit hæc omnia Eugenius  
 IV. Apostolice Sedis &c. Dat. Romæ apud S.  
 Petrum anno 1432. iv. Kalen. Maji. Confir-  
 mavit Pius II. Ad exequendum &c. Dat.  
 Romæ apud S. Petrum anno 1458. Pontifica-  
 tūs anno primo. Confirmavit Sixtus IV.  
 Dum fructus uberes &c. Dat. Romæ apud S.  
 Petrum anno 1471. pridie Kalen. Martii  
 Pontificatus anno primo; & huic Bullæ in-  
 serit concessiones, & mitigationes Mar-  
 tini IV. nec de subreptione, vel non ple-  
 na informatione dubitari potuit in Sexto  
 IV. qui fuerat Generalis Ordinis. Con-

firmavit tandem Alexander VI. Ea, quæ per nos. Et. Dat. Romæ anno 1499. iv. Kal. Septembris, Pontificatus anno octavo; inserens concessionem Alexandri V. Conventui Camberiacensi, ipsamque extendens ad Provincias Franciæ. Quæ omnes confirmationes habentur in sæpe cit. Firmanam. trium Ord. tract. I. par. 2. de privilegiis fol. mihi 64. Et seqq.

10. Quod quidem videtur plusquam satis pro plena probatione, cum novem testes contestes omni exceptione maiores inducantur in novem Pontificum Constitutionibus, quibus evidenter convinicitur, ab initio fuisse mitigatam paupertatem Minorum, ac deinde continua-  
tas, & confirmatas fuisse mitigationes successive à Pontificibus usque ad annum illum 1517. quo gratis asseritur novam speciem Conventualium erupisse, cùm & Conventuales Innocentii IV. cæterique omnes Conventuales usque ad Leonem X. paupertatem mitigatam profiterentur.

11. Et in praxi ita evenisse, Minoresque à primordio Religionis, & acceptasse Pontificias dispensationes, & eisdem usos fuisse, contestantur Scriptores Or-

## S E C T I O N X.

III

res Ordinis, qui primos Minores in mitigata paupertate vixisse post S. Patris obitum, unanimiter scribunt.

Et quidem Alvaius Pelagius Minorita, Scriptor anni 1320. sub Joanne XXII. in suo lib. *de planctu Eccl. lib. 2. cap. 66.* paulò post initium, ait, *Tota die vendunt aliqui Fratres Minores ligna de silvis, granum de terrulis, quas aliqui habent juxta hortos; vinum de quibusdam vineolis, & pergulis; hortalitia de horto, mel de alveariis apum, fructus de arboribus;* unde jam ante annum 1320. cæperant effectivè, & realiter habere aliqua stabilia, terrulas, vineolas, &c.

12. Liber antiqui Scriptoris, qui inscribitur *Memoriale Ord. Minorum*, in catalogo Generalium, de Magistro Gondisaluo Hispano, sextodecimo Generali Ordinis, electo Assisi anno 1304. ait: *Hic Generalis per Ordinem discurrens... eleemosynas perpetuas relinquere, & annuales redditus suis Dominis, quibuscumque obligationibus compellebat; pro reformatiunc Ordinis laboravit; totum Ordinem expropriavit; quia tamen jubebat Fratres se abdicare ab annuis redditibus, constat, quod iunc Fratres habuerant redditus, quos relinquero.*

linquere cogebantur à Gondisaluo.

13. De quo eodem Generali Gondisaluo Uvading, to. 3. anno. 1304. nu. 13. eadem repetit, sic, strictè etiam præcepit, ut vineæ, ex quibus vinum colligebatur in usum Fratrum, vel ut venderentur, omnino demolirentur, vel alienarentur; ex quo apparet illa (quam appellant Conventionalitatem) scilicet paupertas mitigata, quæ existebat multò ante ortum Observantiaz, nec sunt duo genera Conventionalium.

Cum Uvadingo alii Observantini Scriptores hanc mitigationem extitisse primis illis temporibus facerentur; nam

14. Ludovicus Miranda Observantinus in Manual. Prælat. to. I. qu. 12. art. I. conclus. 3. ita scribit, sic factum est, ut ab anno 1226. quo è vita decessit, atque ad cœlestia translatus est Beatissimus, atque Seraphicus Pater noster Franciscus, usque ad annum 1380. nulla fore in tota nostra Religione esset domus, quæ non jam ex Summorum Pontificum dispensatione proprium, divitias, & prædia non possideret.

15. Emanuel Rodericus itidem Observantinus quæst. Regular. tomo. I. quæst. 5. art. I. similiter observat, quod Religio

Mino-

Minorum ab exordio sui per spatiū vīginti annorum , ita fuit per universum Orbeū propagata , ut PP. istius Ordinis intel ligerent statum primitivum Recollectorum non esse satis commodum ad cultum Divinum , & litterarum exercitia , quibus potuissent Eccle siam , & animarum salutem adjuvare ; ne que exiguitatem Monasteriorum esse capacem ob tantorum Fratrum habitationem ; neque arctissimam Regulae paupertatem esse sufficien tem ad ipsorum sustentationem , à Summis Pontificibus dispensationem impetraverunt , ut divitias proprias in communi , & in Clau stro viventes , possidere potuissent , & ita Apostolico Diplomate factum est , ut anno Do mini 1380. nulla esset domus , qua divitias , & prædia non possideret .

16. Gonzaga verò Ex-Generalis Ob servantinus de origine Seraph. Relig. par. I. tit. de Cesarenorum initio &c. legitimis qui busdam causa noster Ordo sub Innocentio IV. Pontifice Max. circa annum à Mundi redem tione 1244. ab Ordinis verò institutione 35. & annuos redditus , & verum immobilium dominium , ac proprietatem ( in communita men ) ex Pontifica dispensatione admisit , quo nemo clarius fatetur Conventuales sub Innoc. IV. practicasse paupertatem miti-

mitigatam, cùm apertè afferat, quòd sub Innocentio IV. à quo emanavit nomen Conventualium, cæperint Minores possidere.

17. Quare non mihi videtur exullo capite ambigi posse de hac identitate Conventualium, cum, & ex Summis Pontificibus, & ex tam indubia, ac aperta ipsorum Scriptrorum ex Observantinis confessione, hæc veritas prostet, quòd scilicet Conventuales sub Innocentio IV. vivebant in paupertate mitigata, quam profitentur hodierni Conventuales.

## SECTIO DECIMA.

*Etiam si Conventuales antiqui non possedissent, hodierni non essent alii, seu diversi ab illis.*

## SUMMARIUM.

1. *Etiam si Conventuales primi seculi non possedissent, adhuc essent iidem cum hodiernis:*
2. *Nam possessio inducit alteritatem, non aliciatem, remanetque identitas essentialis.*

3. *Essen-*

3. Essentialia statū Religiosi, & paupertatis Claustralium declaratur.
4. Paupertas virtus religiosa non consistit in indivisibili.
5. Non sunt essentialiter mutati Conventuales;
6. Estque doctrina periculosa, quæ deducit mutationes à dicescentia;
7. Cum & S. Romana Ecclesia possident, nec sit mutata,
8. Et ex justa causa licet inducantur variationes accidentales,
9. Etiam in iis, quæ præcepta Evangelica concernunt,
10. Et primitivis Sanctæ Matris Ecclesiae.
11. In casu verò essentialia principali intentioni salvantur.
12. Dicta epilogo clauduntur.

I. **Q**uod paupertas Conventionalium ante annum 1517. non fuerit mitigata, nullus vel Conventionalis, vel Observantinus potest asserere. Non Conventionalis, nè mentiantur contra Bullas Pontificum. Non Observantinus, nè deducatur superfluitas Observantiarum; nam si Conventuales, ut dispensati non incepissent possidere, fuisse superflua Reformatio, impotens ad aratio-

arctiorem super arctissimam paupertatem inducendam, ut supponeretur in tali casu. Jam satis igitur firma basi probationum est firmatum, & ex hoc, & ex sectione nona, quod Conventuales ante annum 1517. profitebantur paupertatem mitigatam, & possidebant stabilia.

Adhuc tamen, ut melius eluceat veritas, & patentius clarescat quam exili fundamento innitatur evasiuncula praetentata lubeat concedere non concedenda, dicendo, quod etiamsi Conventuales non possedissent ante annum 1517. adhuc tamen hodierni Conventuales non essent alii à Conventionalibus Innocentii IV.

2. Non enim ex hoc, quod Conventuales incepissent possidere in communione sub anno dicto, bene deduceretur Conventuales esse alios à Conventionalibus, qui supponerentur non possidentes; nam scholastico idiomate loquendo cum Philosophis, hæc non appellatur alteritas, sed alteritas, quia qui variatur accidentaliter fit alter, non aliis; qui vero mutatur substantialiter, fit, & aliis, & alter, & ex hoc in Conventionalibus,

libus non fuisset facta mutatio essentia-  
lis, seu deperditio illius formæ, quæ  
est substantialis Religioni, scilicet pau-  
perratis; quæ fuisset immutata tantum  
modo accidentaliter, per transitum ab  
esse intenso ad remissum, deficiente gra-  
du, qui afficiebat Communitem, &  
remanente eo, qui respiciebat particu-  
laritatem Fratrum; in quo consistit es-  
senzia paupertatis religiosæ; ut modò  
subdam cum Lezana &c. unde qui erant  
pauperes in communi, & in particula-  
ri, nunc sint pauperes in particulari,  
& dispensati in communi. Creverimus.  
Simus autem rebus, jure possessi. Quid  
inde substantialibus Ordinis? Augumen-  
tatio, & accretio, non facit, quod ego  
sim alius homo ab eo, qui natus sum,  
quivè fuerim trimulus, aut decennis.  
Sim alter: non sum alius, homo ille  
octuagenarius est substantialiter idem,  
qui erat puerulus, & filius ejusdem Pa-  
tris, à quo natus est infans, cum ac-  
cidentali diversitate stat substantialis i-  
dentitas. Petrus homo pauper, hære-  
ditate fit dives? Fit alter, non alius.  
Est eadem familia, est eadem progeni-  
es, ante, & postquam adivit hæredita-

tem. Respublica Laconum dives in  
communi, non in particulari, Romana  
vero dicitur & in communi, & in par-  
ticulari, non differebant ex hoc in ge-  
nere Reipublicæ, cum unaquæque es-  
sentialia haberet eadem.

Quæ vero substantia, & essentia no-  
stri statûs Religiosi, dicet Eminentiss.  
Bellarminus Controves. to. 2. cap. 5. de  
Monachis lib. 2. cap. 5. *Essentia vitæ re-  
ligiosæ in tribus illis virtutibus, obedientia,  
paupertate, castitate, ab omnibus hujus tem-  
poris Religiosis constituitur*, ait ipse. Pa-  
upertas vero statui Regulari essentialis,  
quænam sit, dicet Lezana, qui hujus  
paupertatis essentiam statuit in volunta-  
ria rerum temporalium abdicatione,  
per quam Religiosus ipsarum proprie-  
tate privatur; unde sicuti per votum  
obedientiæ Religiosus usum suæ liber-  
tatis voluntati Superioris subjicit, ita  
per votum paupertatis omnem usum re-  
rum temporalium voluntati Superioris  
submittit, solo usu facti sibi retento,  
quo rebus necessariis utitur dependenter  
à voluntate Superioris; ita ipse Lezana  
quaest. Regular. cap. 6. num. 2. & 3. cum  
Navar. to. 2. de Regular. Sanchez l.b. 7. in

Decalog cap. 18. num. 25. Rodriguez 10. 3.  
quæst. Reguar. quæst. 29. art. 4. Hincquè  
Conventuales, qui hanc paupertatem  
profitentur, sicut observabant in Reli-  
gionis exordio, essentialiter sunt iidem  
Conventuales, & ejusdem instituti, cu-  
jus erant in Ordinis principio.

4. Accessit quidem pontifícia mitiga-  
tio, per quam accidentaliter est varia-  
ta paupertas, sed permanet immutata  
quoad essentiam, consistentem in expo-  
latione particulari statuta per Doctores,  
& per Pontifices explicata. Non enim  
paupertas, quæ moralis est virtus de ge-  
nere temperantie, est deterioris condi-  
tionis, ac cæteræ virtutes, quæ quidem  
consistunt in medio (ut optimè philo-  
sophantur *Aristotiles* 2, *Ethic.* cap. 6. &  
*Scotus* in 3, dist. 36.) non tamen in me-  
dio indivisibili, sic, quod accessus, &  
recessus habitum moralem non remit-  
tant, seu non intendant usque ad at-  
tingentiam heroicismi &c. sed & ipsa  
paupertas cum cæteris virtutibus gradi-  
tur circa medium divisibile, cum sua  
majoritate, & minoritate; unde sicuti  
ex hoc, quod unus sit fortior, tempe-  
rantior, vel justior altero, non sequi-

tur, quod in minus fortis, minus temperanti, vel justo, non sit fortitudo, temperantia, vel justitia, sic ex eo, quod Observantinus se pauperiorem dicit Conventuali, non sequitur, quod in Conventuali non sit sua paupertas, qua licet respectu non possidentis in communi, videatur minus pauper, tamen quia in particulari est ita non possidens, sicut erat in principio Ordinis, ex jam dictis, est etiam idem Conventualis qui tunc, & retinet essentialia paupertatis, quia caret dominio, proprietate &c. habet virtutem paupertatis in gradu statui Minoritico substantiali, seu essentiali scilicet carentiam dominii.

5. Occurret, quod, qui de non possidente fit possidens, mutet conditionem, ut si Civis privatus ex hereditate sit Marchio; & consequenter Ordo mutata conditione non mitigata in mitigatam paupertatem, sit alius, nec amplius idem; Sed quid ad me de conditione, si causa maneat eadem, & eadem forma substantiali immutata, scilicet paupertate essentiali invariata, non sequitur diversitas essentialis, quod forte, &

tè , & de aliqua accidentalitate contem-  
dam ? Et qui ante annum 1250. sub  
Innocentio IV. secundum mentem Gon-  
zagæ incepimus possidere , quomodo .  
vel in quo mutamur anno 1517 ? Cer-  
tè manemus iidem.

6. Sed sibi caveat à tali doctrina vir-  
sanæ mentis ; si enim possidens alius es-  
set à se ipso non possidente , vel suc-  
cessor quia possidens , diceretur diversæ  
rationis ab antecessore non possidente ,  
hac sola ratione possidendi , & haben-  
di , enormissimo errori daretur occasio  
ex male olenti doctrina. 7. Ecclesia  
enim , quæ post donationes Constanti-  
ni , Ariperti , & Pipini possidet , & ta-  
men prius non possidebat , non est alia  
ab ea , quæ fuit ante donationes , sed  
eadem , quæ primitivo tempore Aposto-  
lorum est fundata , ad nostram ætatem  
perseverat undequaquè *immutata* , nec  
ipsius identitati ullo modo offecit ac-  
cidentalis transitus à non possidendo  
ad possidendum donata à præfatis Regi-  
bus , quia ipsius essentialitas ab hoc  
non desumitur , & petra , super quam  
est fundata , ex hoc non concutitur ,  
de quo tamen posset Hæreticus dubita-

re, si admitteretur allata doctrina de a-  
lietate inducibili per dominium super-  
veniens, ut advertit Gabriel Faber Pa-  
risiensis in *Speculo cit.* 8. Quod identi-  
dem de Apostolica paupertate erit di-  
cendum, iis enim à Christo Salvatore  
præcipitur Matthæi 10. 10. *Nolite posside-  
re aurum, neque argentum, neque pecuni-  
am,* quam tamen possident successores  
Episcopi, quos si quis diceret Aposto-  
lorum successores non esse, mentiretur  
in fidem; quia justa causa supervenien-  
te pro variatione accidentalí, hæc non  
immutat substantiales rerum essentias,  
ut patet exemplo Apostoli Petri, o-  
mnes enim Apostolos præceperat Do-  
minus non portare peram in via, neque  
duas tunicas, neque calceamenta, ut ex  
Matthæi 10. 10. & tamen 9. Petrus ca-  
ligis calceatus incedebat teste Angelo,  
qui ipsi à vinculis exsoluto dicit, *Præ-  
eingere, & calcea te caligas tuas.* Actorum  
12. 8. Ita etiam de Ecclesia, nam licet  
fundaretur in tam arcta paupertate, ut  
Christus roganti quid agendum pro sa-  
lute dixerit: 10. *Si vis perfectus esse,  
vade, vende omnia, quæ habes, & da pau-  
peribus.* Matth. 19. 21. tamen tempore  
Apo-

Apostolorum, non datæ pauperibus pecunia, sed ad pedes Apostolorum positæ, & conservatae pro Fidelium necessitatibus leguntur, *Actorum 4. 32.* ubi dicitur, quod qui convertebant ad fidem, habilia sua vendentes, afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum; ac de iis, & similibus in sacris Ritibus, in regimine Ecclesiastico, aliisque possent millena affiri exempla: quæ tamen omnia sanctissimè facta fatebimus omnes.

II. In casu autem identitatis Conventionalium, cum identitas Religionum defumatur ab identitate finis, & instituti ipsarum, finisque ultimatus. hujus in communi, & aliarum omnium Religio- num sit Christianæ vitæ perfectio in charitate essentialiter consistens; finis vero non ultimatus, & in particulari sit ordinatio ad vitam mixtam ex activa, & contemplativa, ut præ cæteris Theologis statuit Ludovicus Miranda in *Manu- al. Prælat. quæst. 6. art. 1. & 2.* & media sint illa tria vota statui Regulirū essentialia, quæ apud Conventuales (ut per dicta ex Lezana) sunt in statu pristine essentialitatis, licet in aliqua accidenta-

litate paupertas sit mitigata, consequenter remanet, & perseverat in sua identitate hæc Religio Conventualis, atque ideo in possessu pacifico suæ essentialitatis, atque antiquioritatis.

12. Quam quidem antiquoritatem (ut jam dicta dicendi sine restringam) probasse existimavero, & ex reprobatione assertorum D. Gratii, quæ vel non probare, vel æquè pro me probare demonstravi; & ex consensu Scriptorum, qui ad annum 1350. vel 1400. reducunt Observantiae initium, cum ante anno 1220. inceperint Minores Conventuales, seu Minores de Communitate Ordinis, ut ibi dicit Concil. Constantien. sess. 19. Quod idem fatentur Auctores Observantini, qui institutam à Fratre Paulo de Trincis reformationem, unanimiter reducunt ad secundum sèculum Religionis; statuuntquè tot Summorum Pontificum Diplomata adducta in sectione quarta, suadente ratione, quod omnis Reformator sit posterior reformato, nec possit restaurator reficere nisi id, quod prius fuerit à fundamentis erectum, vel filius esse coætaneus patri, ac multò minus possit esse senior patre; unde nec


Obser-

Observantina Religio, quæ est filialis, possit esse antiquior Conventuali Religione matrice, cuius si daretur fundatio post annum 1517. nequit assignari Fundator à sic somniante; Unde & quia antiquiores habet domus, & antiquiora Odinis insignia, in Magisterio, Inquisitoribus &c. & quia sub sua obedientia supra sæculum continuuit Observantinos, quibus & Generales imposuit Vicarios, dignoscitur hæc Religio Conventualis pro antiquiori. Nec valet opponere, quod antiquioritas debeatur Minoribus, qui desierunt anno 1517. abeentes vel in Conventuales, vel in Observantinos, non debeatur autem Conventualibus, qui cæperint anno 1517. cum ex Pontificiis Diplomatibus datis sectione sexta, sit probatum, quod adhuc durent Minores illi, sic absolute, & antonomasticè appellati, sintquè iidem Conventuales, qui idcirco ante annum 1517. extiterint, ut patet ex antiquitate nominis Conventualium, concessi ab Innocentio IV. anno 1250. ab eoquè desumpto, sicut nec implicasset talis nominis desumptio ab Ecclesiis Minorum, quæ primæ inter Mendicantes Conventuali-

tualitatem sunt assecutæ, ex ea Constit. Innocentii IV. ibi citata sect: 7. vel etiam à domibus potuisset appellatio desumi, quia tunc cæpere appellari Conventus, vel à vita collegiali, prout ab heremitica distingueretur, unde per annos subsequentes viguit nomen Conventualium in Ordine, licet raro usitatum, in Constitutionibus tamen, & Scriptoribus Ordinis repertum. Ex quibus non repugnat cæteras Religiones matrices Mendicantium appellari Conventuales, imò sic appellatas à Sexto IV. apparet ex data ipsius Bulla; nec sunt duo genera Conventualium inter Minores, quorum aliqui possederint, alii verò nequaquam, cum ab Ordinis primordio in vectas inter Minores Pontificias dispensationes, & paupertatis mitigationes probent, & tot Pontificum Constitutiones datæ sectione nona, & etiam ipsi Observantini Scriptores ibidem citati. Imò etiam si Conventuales sub Innocentio IV. non possedisserint, nunc possident, adhuc essent idem, quia ex Doctoribus datis sectione decima, atque rationibus, in essentialibus non differunt hodierni Conventua-

ventuales ab antiquis, cum eadem paupertas in particulari servetur, quæ per Summos Pontifices est mitigata in communis.

E quibus omnibus probata identitate Conventualium nunc existentium cum antiquis Minoribus; probata antiquitate nominis Conventualium; probata recentioritate Observantinorum, incipientium centum annis, & ultra, post Conventuales, non remanet locus ambigendi de Conventualium antiquioritate, luce meidiana clariori, totquæ rationibus, & auctoritatibus fulta, quoꝝ pro suꝝ ætatis majoritate in filiam producat quælibet  
Mater.





**I N D E X S E C T I O N U M ,**  
*& eorum, quæ ipsis in fine Opusculi,  
fuere apposita.*

**D**E Antiquioritate Franciscana, pa-  
gina I.

**S E C T I O . I.**

Levi examine perpenduntur quædam  
clausulæ adversantes pag. 5.

**S E C T I O . II.**

Antiquioritas asseritur Conventualibus à  
Scriptoribus externis pag. II..

**S E C T I O . III.**

Antiquioritas Conventualium compro-  
batur confessione, & consensu Scri-  
ptorum ex Ordine Observantiaz  
pag. 22.

**S E C T I O . IV.**

Per Romanorum Pontificum Constitu-  
tiones asserta antiquioritas ultra an-  
num 1517. evidentissime protrahitur  
pag. 30.

**S E .**

## *SECTIO V.*

Eadem antiquioritas Franciscana Con-  
ventualibus adjudicatur rationibus

pag. 36.

## *SECTIO VI.*

Quod antiqui Minores non desierint, &  
quod Conventuales hodierni vocantur  
autonomisticè Minores

pag. 54.

## *SECTIO VII.*

Affruiatur antiquitas nominis Conven-  
tualium

pag. 72.

## *SECTIO VIII.*

Ex dictis, ceteros primos Ordines Men-  
dicantium appellari Conventuales non  
incongruit

pag. 98.

## *SECTIO IX.*

Non sunt duo genera Conventualium  
inter Minores, sed hodierni sunt  
iidem, ac Conventuales Innocentii IV

pag. 102.

## *SECTIO X.*

Etiamsi Conventuales antiqui non pos-  
sedissent, hodierni non essent alii, seu  
diversi ab illis

pag. 114.

**F I N I S.**





